L. As.
211



2te 5v

8 L. As. 5 Kupfer

211

RVDIMENTA

GRAMMATICÆ HEBRÆÆ.

SECVNDVM PRÆCEPTA A. SCHVLTENSII CLARISSIMI VIRI CONSCRIPTA

DAV. KOCHERO

BERNÆ HELVET. VET. TEST. PROFESSORE.

TVRICI

APVD HEIDEGGERVM ET SOCIOS.

1766.

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

PRÆFATIO.

Melioris apud Chriſtianos grammaticæ hebrææ tres ætates ſunt, quarum prima celeberrimi *Buxtorfii*, qui Rabbinos quanquam Kimchiumque magiſtrum ſectatur, de poſteris tamen ſicuti reliquis operibus, ita *theſauro grammatico* præclare meritus immortale nomen habet. Secunda doctiſſimi *Altingii*, qui rationes linguæ cauſasque interiores mira diligentia atque ſagacitate veſtigavit: ſed dum tenues reliquias, æque ac cæteri, linguam putat, pauperem hanc pro divite, pro ſimplicique perplexam reliquit. Ultima Alb. *Schultenſii* eſt,

viri

viri eximii, qui ad facem præſertim dialectorum orientalium hebræi ſermonis indolem penitius perſpexit, ſubtiliterque docuit, atque illi antiquum decus priscasque copias reddidit. Sed *Inſtitutiones* eius grammaticæ & prolixum & maioris pretii opus ſunt, quod præterea Altingii ordine modoque decurrit: hunc enim licet vir perſpicax viam non optimam inſiſtere perviderit, ratio tamen fuit, cur non deſerendum ducem putaret. Quare præclara Schultenſii inventa breviter, ſimplicique, ſi tamen poſſim, modo tradere, cæterum meo iudicio uti, libereque nonnulla mutare aut addere animum induxi: atque ne dubitarem facere, Ampliſſimi noſtri Senatus Academici auctoritas acceſſit, qui ſcribendi quandam neceſſitatem impoſuit. Maioribus alia, alia minoribus litteris leguntur, ut & pueri haberent, quod ætati conveniret, neque adoleſcentes multa deſiderarent. Igitur his lector fruere, dum tempus ſummique favor NVMINIS meliora dabit.

Gram-

Grammaticæ Hebrææ

Liber I.

de primis linguæ elementis.

Elementa linguæ hebrææ ſunt vel *litteræ* vel *puncta*; puncta appellantur tam *vocales*, quam *notæ* quædam, quibus univerſa lectio & pronuntiatio regitur. Ad quem locum generalia quædam linguæ præcepta pertinent.

Caput I.

de Litteris.

Hebræi a dextra ad ſiniſtram ſcribunt, litterasque habent *conſonantes* XXIII. quarum tabella hæc eſt.

א	Aleph.	A.	*ſpiritus lenis Græcorum.*	I.
ב	Beth.	Bh.		II.
ג	Gimel.	Gh.		III.
ד	Daleth.	Dh.		IIII.
ה	He.	H.		V.
ו	Wau.	W.		VI.
ז	Zajin.	Z.	*leniſſimum, Græcorum* ζ. *Gallorumve* z.	VII.

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

ח Heth.

ח	Heth.	Hh.	*aſpiratio fortior ex pectore.*	VIII.
ט	Tet.	T.	*propius a gutture.*	VIIII.
י	Iod.	I.	*conſonans.*	X.
כ	Caph.	Ch.	χ *græcum.*	XX.
ל	Lamed.	L.		XXX.
מ	Mem.	M.		XXXX.
נ	Nun.	N.		L.
ס	Samech.	S.	*lenius.*	LX.
ע	Ajin.		*obſcurior quidam cum raſu gutturis ſonus.*	LXX.
פ	Pe.	Ph.	φ *græcum.*	LXXX.
צ	Tſade.	Tſ.		LXXXX.
ק	Koph.	K.	*propius a gutture.*	C.
ר	Reſch.	R.		CC.
ש	Schin.	Sch.	}	CCC.
שׂ	Sin.	S.	*durius.* }	
ת	Tau.	Th.	θ *græcum.*	CCCC.

Earum quinque כמנפצ in fine vocum hoc modo pinguntur, ךסוף, atque τεχνικως litteræ *camnephats* appellantur.

Aliæ quinque ornatus & explendi ſpatii cauſa non raro dilatantur, hoc modo, ך ם ן ף ץ

Litterarum poteſtatem & pronuntiandi modum tabella docet; verum ע dubii ſoni & prolatu difficillima videtur, quam tamen per obſcurum quoddam & raucum א in gutture, tanquam corvi more ſonare, ſed & ſine periculo omittere licet, quum vocalem habet, ut עָמַד *amad*, עוֹלָם *olam*. Præterea in pronuntiandis quibusdam litteris eruditi variant, quod aliunde diſci poterit.

Cæterum

Cæterum quod ad maiuſculas minuſculasque, ſuſpenſas aut inverſas litteras, in codice hebræo rarius obvias attinet, id ad criticam magis, quam grammatica rudimenta ſpectans, conſulto hic prætermittitur. Cuiusmodi & ם clauſum in media voce alicubi obſervatum; item litteræ נ & ם, modo ſingulæ, modo ternæ, Moſaicos libros varie interſecantes; & ſiqua alia generis eiusdem.

Caput. II.

de Vocalibus.

Vocales aliæ ſunt *perfectæ*, aliæ *imperfectæ*; perfectæ vel *longæ* ſunt vel *breves*.

longæ ſunt quinque hæ: breves totidem:

Kamets.	ָ ā.	Patach.	ַ ă.
Tſere.	ֵ ē:	Segol.	ֶ ĕ.
Chirek magnum.	ִי ī.	Chirek parvum.	ִ ĭ.
Cholem.	וֹ ō.	Kamets chatuph.	ָ ŏ.
Schurek.	וּ ū.	Kibbuts.	ֻ ŭ.

Longarum tres poſteriores litteris י & ו additis plene ſcribuntur, quanquam י ad Chirek longum aliquando, ו autem ad Cholem ſæpiſſime deficit, ut יִבַּשׁ pro יִיבַּשׁ, קוֹוָה pro קָוָוה; ſed et punctum ſuper litteris שׁ & שׂ geminum ſæpe uſum habet, ut מִשָּׁה *mo-ſche*, שָׂרַר *ſo-rer*. Neque id intellectu difficile, quod alioqui aut שׁ aut littera præcedens vocali careret. Neque punctum etiam geminum in שׂ ambiguitatem habet, ut שִׂמֵּם *ſcho-mem*, פָּשַׂק *poſek*.

Longæ brevesque ſibi mutuo reſpondentes *cognatæ*, quæ proxime abſunt, *affines* vocantur; ita cognatæ ā & ă, ē & ĕ &c. affines a & e, e & i, o & u.

Vocales *imperfectas ſchevata* vocamus, quorum alterum *ſimplex*, altera *compoſita*, Chateph-patach, Chateph-ſegol, Chateph-kamets; & quod eiusdem naturæ Patach *furtivum*.

Scheva ſimplex.	(:)		
Chateph-patach.	(ֲ)	a	breviſſimum.
Chateph-ſegol.	(ֱ)	e	
Chateph-kamets.	(ֳ)	o	
Patach furtivum.	(ַ)	a	

Ex his ſcheva *ſimplex* aut plane non, aut vix pronuntiatur, vocalis abſentiam denotans, ut שְׁמַרְתְּ *ſcha-mart*, שְׁמֹר *ſchmor*. At ſicubi ſono opus, ut non raro eſt, per e breviſſimum illud Gallorum Germanorumque, v. g. in *faire*, *boire*, machen, lachen, efferendum videtur, ut

לְזוּת *lĕzuth*, לְטוּשׁ *lĕtoſch*,
נְכֵה *nĕche*, רְדִידִים *rĕdhidhim*;

aut ita nonnunquam, ut in ſequentis vocalis ſonum incidat, ut מְעַט *mĕat* &c.

Compoſita autem *ſchevata* minutam magis partem vocalis, quam vocalem, conſtituunt; item *patach furtivum*, non poſt ſuam litteram, ſed ante ſonandum, idque rapide & quaſi *furtim*, unde & nomen habet, ut אֱלוֹהַּ *ĕloăh*, *Deus*, רוּחַ *ruăhh*, *ſpiritus*, שְׁמוּעַ *ſchmoăa*, *audire*. Nonnunquam & mediam id ſyllabam occupat, ut לָקַחְתְּ *la-kaăhht*, pro לָקְחְתְּ *la-kahht*, שָׁמַעְתְּ *ſcha-maăat*, pro שָׁמְעְתְּ *ſcha-maat*.

Caput

Caput III.

de Litterarum divisionibus affectionibusque, ubi de *Mappik* & *Dageſch.*

Dividuntur litteræ ratione *organi*, *motus*, *roboris*, *officii*. Atque

I. Ratione quidem *organi* ſive pronuntiationis in

gutturales	אהחע	AHaHHaA.
palatinas	גיכק	GICHaK.
linguales	דטלנת	DaTLaNaTh.
dentales	זסצרש	ZaSTSeRaSCH.
labiales	בומף	BVMaPh.

Quæ organi eiusdem, atque cognati adeo ſoni ſunt litteræ,

1. cognatæ ſignificationis vocabula conſtituere,

2. facile inter ſe permutari ſolent.

II. Ratione *motus* litteræ dividuntur in *mobiles* & *quieſcentes*. Illæ ſemper ut conſonantes in voce moventur ſive pronuntiantur; hæ alibi moventur, alibi quieſcunt, id eſt, vi conſonantis amiſſa cum præcedente vocali colliqueſcunt in longiorem ſonum. Sunt autem quatuor אֲהוֹי *ehewi*, quarum tres quidem אוי, vocali deſtitutæ, in medio & fine, ה vero in fine tantum quieſcit.

Nimirum & id patitur poſt vocales plerasque, forte omnes, ſed maxime longas; e. g.

בָּרָא	*barā.*	בָּרָאתָ	*barātha.*
יָרֵא	*iarē.*	צֵאת	*tsēth.*
הִיא	*hī.*	נאד	*nōdh.*
יָבוֹא	*iabhō.*	הוּא	*hū.*
מְלַאכְתּוֹ	*mĕlāchto.*	פָּלָא	*pelē.*
רִאשׁוֹן	*rīſchon.*	פְּאֵרָה	*pera.*

Adde formas verborum בִּאֵר, בַּאַר, בְּאַר, *bi-er*, *bo-ar*, *bu-ar*, in quibus א quaſi geminum, reſpondent enim formis פִּקֵּד, פְּקַד, פָּקַד, *pikkedh*, *pŭkkadh*, *pokkadh.* talia

נְאֵץ *contemſit.* רְאוּ *viſi ſunt.*

ו quieſcit poſt *cholem*, & in *ſchurek*, ut

מוֹתוֹ *motho.* יְמוּתוּ *iamuthu.*

י quieſcit poſt *chirek*, *tſere* & *ſegol* *, ut

יִשַּׁן *ji-ſchan*, pro יִשְׁן *jij-ſchan.*

בֵּינֶיךָ *bēnēcha.* גְּיָא *gē.*

Alias ו & י quaſi *diphthongum* faciunt cum præcedente vocali ad quietem inepta, ut

עֵשָׂו *Eſau.* שָׁלֵו *ſchaleu.* פִּיו *piw.*

קַו *kau.* צַוֵּהוּ *tſau-we.*

אֲדֹנָי *Adonai.* גּוֹי *goi.* אָשׁוּי *aſui.*

גַּי *gai.* קַיִם *Kai-jem.* חֲנֻיוֹת *hhănŭi-joth.*

eodem refero inſolitæ ſcriptionis vocem יְרוּשָׁלִם *jĕru-ſcha-laim*, pro pleno יְרוּשָׁלַיִם *jĕru-ſcha-la-jim.*

ה denique quieſcit poſt *kamets*, *tſere*, *cholem* & *ſegol*, ut

גָּלָה

* *item poſt* ־ *in* דְּבָרָיו *dhbharāw*, *verba eius*, *ſimilibusque.*

גָּלָה *galā.* גִּלֵּה *glē.*
גָּלָה *galō.* גּוֹלָה *golē.*

Nota, ה quieſcens nunquam radicale, ſemper *ſervile* eſſe, ſubſtitutum pro aliqua litterarum אוי.

Sed ſæpius ה in fine motum ut conſona ſervat, in eiusque rei indicium punctum habet inſcriptum, quod *Mappik* vocatur; & ſæpiſſime patach furtivum aſſumit. ut

קוֹלָה *koláh.* תָּמַה *tamáh.*
הַגְּבֵה *hagh-béăh* תַּגְבִּיהַ. *tagh-bíăh.*
אֱלוֹהַ *ĕloăh.*

Nota, ה *mappikatum* nunquam ſervile, ſemper *radicale* eſſe, præterquam in affixo tertiæ perſonæ feminino, ut דְּבָרָהּ *verbum eius* feminæ: fit enim ex הָיָא, ubi ה itidem radicale exiſtit.

Quieſcentes autem litteræ non raro omittuntur, quod citatioris pronuntiationis argumentum plerumque videtur; ut

רֵאשִׁית pro רֵשִׁית, לֵכְנָה pro לֵכֶן
גּוֹיִים pro גּוֹיִם, יֵבֵשׁ pro יִבַּשׁ
חֵטוֹא pro חֵטְוֹא

Nonnunquam contraria ratione litteræ quædam ſcribuntur, quæ non leguntur; non inutili tamen otio, nam originem indicant, & analogiam tuentur, e. g. צְוָארֵי *tſaww̆ĕre, colla*, tanquam צַוְּרֵי a צַוָּאר *tſaww̄ār*; הֵבֵיאתָ *adduxiſti*, pro הֵבֵאתָ ex הֵבִיא, quod a בּוֹא, חֵטְא *hbet, peccatum*, pro חֵטָא; יִרְא *iar, videbit*, & *videre faciet*, pro יִרְאֶה & יַרְאֶה; אַתְּי *att, tu* femina, pro obſoleto אָתִי

Cæterum quieſcentes litteræ ſæpiſſime inter ſe permutantur.

III. Ratione *roboris* litteræ dividuntur in *dageſſabiles* & non *dageſſabiles*.

Nimirum *Dageſch*, quæ vox latine *punctum* dicit, mediæ litteræ inſcribitur; eſtque duplex, alterum *lene*, *forte* alterum.

א Dageſch *lene* ab litteris בְּגִד כְּפַת *bĕghadh kĕphath* aſpirationem tollit, ut pro bh, gh, dh; ch, ph, th. pronuntientur b, g, d; c, p, t. idque ab initio, in medio, & fine vocis.

In principio quidem

1. quum ſententia incipit; ut בְּרֵאשִׁית, *breſchith*, Gen. I. 1.

2. quum vocem præcedit alia in conſonantem exiens; ut שָׂם פֶּה *ſam pe*, *poſuit os.*

3. quum vocem præcedit aliqua interpunctio, maior minorve, quam regii accentus faciunt; ut וַיְהִי בִּימֵי *wajhi bime*, & *factum eſt*, *in diebus*, Ruthæ I. 1.

4. quum duæ aſpiratæ concurrunt; ut בָּבֶל *babbhel*, כֹּכֶל *kĕchol.*

In medio & fine poſt ſyllabam conſonante terminatam, ſeu poſt ſcheva mutum; ut הִבְדִּיל *hibh-dil*, פָּקַדְתָּ *pakadh-ta*, פָּקַדְתְּ *pakadht*. Etiam ubi locum ſchevatis furtivum patach occupavit,

vit, ut לָקַחְתְּ *lakaăhht*, pro לָשַׁחְתְּ, שָׁמַעְתְּ *ſchamaăat*, pro שָׁמַעְתְּ

Exceptioni debetur locus, quotiescunque loquendi mollior uſus iubet; ſola enim eſt euphonia, quæ hisce litteris aſpirat modo, modo duritiem quandam addit. ita

α. מַלְכֵי *malche* dicitur, non מַלְכֵּי *malke*, a מְלָכִים *reges*; מַלְכוּת *malchuth*, *regnum*, יַלְדוּת *jaldhuth*, *puericia*, בִּגְדִי *bighdhi*, *veſtis mea*, בִּגְדוֹ *bighdho*, *veſtis eius*, &c.

β. Maxime in prima verborum coniugatione id obtinet, quum ſcheva mutum ex vocali ortum præcedit; cuiusmodi infinitivus, קִרְבַת אֱלֹהִים *kirbhath Elohim*, *accedere Dei vel Deum*, ψ. LXXIII. 28. cum affixis, עָמְדִי *ſtare meum*, עָמְדְךָ *ſtare tuum*; item imperativus, עִמְדִי *ſta* femina, עִמְדוּ *ſtate*; & futurum, יַעַמְדוּ *ſtabunt*, &c. נֶאֶסְפוּ *congregati ſunt*, ex Niphal.

γ. Idem obſervatur in ךָ affixo ſecundæ perſonæ, ut שִׁמְךָ *nomen tuum*, יִשְׁמָרְךָ *cuſtodiet te*, לִבְבְכֶם *cor veſtrum.*

δ. Ita particulæ præfixæ nil mutant in vocabulis a ſchevate incipientibus, ut בִּלְבוּשׁ *in veſte*, בִּכְתוֹב *in ſcribendo*, כִּדְבָרְךָ *ſecundum verbum tuum.*

Denique ſupra litteras בגד כפת, quum aſpirantur, virgula transverſa olim, רָפֶה *raphe* dicta a ſono *remiſſiori*, ſcribi ſolebat, hoc modo בַּ, גַ &c.

ב Alterum Dageſch *forte* dicitur, quod non modo ex בגד כפת aſpirationem tollit, ſed easdem inſuper, ut & reliquas litteras omnes, ſolis gutturalibus אהחע & ר exceptis, pronuntiando duplicat; ut לִבּוֹ *libbo*, פִּקֵּד *pikkedh*, לַמָּה *lamma*.

Sed initium quoque vocis, quanquam rarius, occupat, quum vocabula pronuntiando connectuntur; vel arctius sub uno accentu & intercedente virgula *makkaph*, de qua suo loco, ut מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *ma-ttóbh uma-nnaim*, *quam bonum & quam iucundum!* ℣. CXXXIII. 1. vel laxius sub accentibus duobus & sine *makkaph*, ut עָשָׂה לָךְ *óse-llách*.

In fine perraro scribitur,

אַתְּ *att*, *tu* femina, pro אַתִּ

נָתַתְּ *dedisti tu* fem. pro נָתַתִּ

Istud Dagesch forte triplex esse statuunt,

α. *compensativum*, ut יִטֹּל *tollet*, pro יִנְטֹל a נָטַל

β. *characteristicum*, in coniugationibus verborum *pihel*, *pyhal*, *hithpahel*, ut הִתְפַּקֵּד, פֻּקַּד, פִּקֵּד

γ. *euphonicum*, cuiusmodi initiale illud censetur maxime; ego *intensivum* dicere malim, quippe maior in pronuntiando nisus, affectum animi indicans, significationem etiam plerumque intendere deprehenditur.

Cæterum facile Dagesch *forte* ab *leni* distinguitur, nam uti hoc consonantem, ita vocalem illud ante se poscit; initiale autem si dubium sit, accentus distinguit, nam forte aut nullum aut servum ante se fert, contra ac de leni supra diximus.

IV. Denique ratione *officii* litteræ distinguuntur in *radicales* & *serviles*; serviles appellantur, quotquot verbis nominibusque vel declinandis, vel derivandis inserviunt, aut quidpiam præterea aliud vocum significationi addunt, suntque undecim tribus hisce vocabulis comprehensæ,

ſæ, מִשָּׁה וְכָלֵב אֵיתָן. Radicales cæteræ, quæ *radicem* verbi ſive *thema*, ubicunque occurrant, conſtituunt. Igitur inter utrasque id intereſt, quod hæ, radicales ſemper, nunquam ſerviles, illæ promiſcui uſus modo ſerviunt, modo radicem ingrediuntur. Ita in כְּסוּסָךְ *ſicut equi tui*, tres litteræ סוס radicales, reliquæ ſerviles ſunt.

Caput IIII.

de Accentibus.

Inter puncta pronuntiationem regentia & *accentus* numerantur, quorum alii appellantur *tonici*, unus *euphonicus*.

I. Tonicorum eſt

1. alicui vocis ſyllabæ moram inter pronuntiandum iniicere, ut פָּקַדְתִּי *pa-kádh-ti*.

2. ſententiæ membra interſecare, de quo mox.

3. varie modulandis, nam quaſi cantando Hebræi legebant, vocibus inſervire, unde numerus eorum admodum auctus.

Dividuntur in

α. *Dominos* & *ſervos*; quorum illi orationem in ſua membra, tum maiora tum minora, diſtinguunt varieque incidunt, cuiusmodi ſunt Latinorum *punctum*, *colon*, *comma*: hi ſententiæ membra coniungunt. Unde *coniunctivorum* & *diſtinctivorum* nomina. Ex dominis regibusve maximi

Silluk

Silluk: ׀ **Athnach** ֑

minores **iterum minores.**

Sgolta	֒	Rĕbhia	֗	&c.
Sakeph katon	֓	Sarka	֮	
Sakeph gadhol	֔	Paſchta	֭	&c.
Tiphcha	֖	Tbhir	֯	

Horum quidem Silluk, binis ſequentibus punctis, quæ *ſoph paſuk* dicuntur, verſus claudit, Athnach medios occupans colon, reliqui commata ſeu inciſa faciunt.

Servi ſunt

Merca ֥ Munach ֣ Mahpach ֤ &c.

β. *Infernos*, qui infra vocem, & *ſupernos*, qui ſupra pinguntur.

γ. *Præpoſitivos*, *poſtpoſitivos* & *indifferentes*; ſunt enim, qui ad primam vocis litteram, alii ad ultimam tantum, plerique ad omnes promiſcue apponuntur. Ita Sgolta, Sarka & Paſchta, ſuperius exhibiti, in poſtpoſitivis ſunt.

δ. *Simplices* & *compoſitos*, quorum hi vel ſimul ſupra vocem, vel ſupra & infra, vel ſupra & ad latus, vel infra & ad latus pinguntur. En exempla

֧ ֨ ֪ ֫ &c.

ε. *Proſaicos* & *metricos*; nam in tribus libris, Jobo, pſalmis & proverbiis, quos metricos appellant, accentus figura quidem parum, ſed conſequutionis ordine, & poteſtate a proſaicis multum abeunt. Ita in metricis frequens occurrit *Mahpacho-merca*, ſive *Merca mahpachatus* ֥ ֫, qui ſicubi adeſt, Silluko quidem dignitate concedit, ſed Athnacho maior eſt.

II. *Euphonicus* unus eſt, quem Hebræi *Methegh*, hoc eſt, *frenum* vocant, quod tonico præmiſſus, ſyllabamque, cui additur, leviter ſuſpendens, breviorem pronuntioni moram afferat.

e. g.

e. g. in הָאָדָם posterior tonicus Rĕbhia, prior Methegh est.

Eiusdem figuræ atque Silluk facile loco dignoscitur; hic enim ubique, Silluk in fine versus tantum scribitur. Quod si igitur eandem vocem occupent, prior Methegh est, ut : לַעֲשׂוֹת

De tono vocum accentibusque hæ præsertim regulæ utilitatem habent:

1. Quælibet vox tonicum habet.

2. Nisi quum binæ, aut plures etiam minutæ voces, tono ad ultimam rapto, arctius pronuntiando connectuntur: cuius coniunctionis index virgula inter voces transversa, quam *Makkaph* appellant, additur. En exempla:

עֲלֵה־זַיִת *ăle-zájit*, *frons oleæ*, Gen. VIII. 11.

אַל־יְהִי־לוֹ *al-jhi-ló*, *ne sit ei*, ψ. CIX. 12.

אֵת־כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ *eth-col-ascher-ló*, *omne quod ipsi*, Gen. XXV. 5.

3. Tom vero euphonicus non raro præmitti solet, ut אֲשֶׁר־אָמַר־לוֹ *quem dixerat ei*, Gen. XXII. 3.

4. Tonicus vel ultimam, vel penultimam syllabam afficit; quæ vox accentum in ultima habet, *milra*, quæ in penultima, *mil'el* dicitur. Sed quæ voces ὀξύτονοι, quæ παροξύτονοι sint, usu potius quam regulis disci volo.

En tamen aliquot:

5. Ultima syllaba vocali longa ־, ־ִ, ־ֵ, aut alioqui littera quiescente terminata, tonum habet; ut

פְּקוּדִי

פָּקְדוּ *pa-kdhú*, *visitarunt*. מִצְרִי *mits-rí*, *Ægyptius*, מְלָאכָה *mĕla-chá*, *opus*.

6. Sed illa quidem regula non raro, hæc nunquam fallit, ultimam tonum habere, quum ad vocalem longam consonans accedit, ut

עוֹלָם *o-lám*, *æternitas*. לֵבָב *le-bhábh*, *cor*.

7. Contra formæ nominum פָּקֹד, פְּקֻדָּה, פָּקוּד, פַּיִד, פָּוֶד, & quæ his similia; item terminata in ־ִים *ajim*, penultimam acuunt. ut

כֶּסֶף *ké-sseph*, *argentum*. עַיִן *á-jin*, *oculus*.
יַדַיִם *ja-dhá-jim*, *ambæ manus*.

8. Verum tonicus non raro sede movetur, quum vel alterius vicinitas euphoniæ consuli suadet; ut

בֹּנֶה עִיר *bóne ir*, *ædificans urbem*, Gen IV. 17.
pro בֹּנֶה עִיר *bonĕ ir*.
מָלֵא מַיִם *mâle majim*, *plenus aquæ*, ℣. LXV. 10.
pro מָלֵא מָיִם *malĕ majim*.

9. Vel quum maior dictionem vis atque nisus animat, peculiarisve emphasis jubet; ut

וְאָכַלְתָּ *Wachaltá*, & *comedes*, Gen. III. 18. pro
וְאָכָלְתָּ *Wachálta*, & *comedisti*.
יֵרֶא *jere*, *videat*, 2 Paral. XXIIII. 20.
pro יִרְאֶה *jir-é*, *videbit*.
שָׂמוּ *posuerunt*, Gen. XXXX. 15. pro שָׂמוּ
עוּרִי עוּרִי *evigila*, *evigila*, Jud. V. 12. pro quo eodem versu vulgato more legitur, עוּרִי עוּרִי
קוּמָה *surge*, שׁוּבָה *revertere*, cum ה emphatico
pro קוּם, שׁוּב

10. Id

10. Id maxime in fine ſententiæ membrive maioris obtinet, ubi voces altius atque longiori mora pronuntiantur, unde familiaris ibi vocalium brevium in longas mutatio, atque accentus ad penultimam retractio. e. g.

כִּי עֵירֻם אַתָּה *ki erom átta*, *quod nudus tu*, Gen. III. 11. pro אַתָּה cum accentu in ultima, brevique patach in penultima.

מֵתָה אָנֹכִי *metha anóchi*, *moriens ego*, Gen. XXX. 1. pro אָנֹכִי *anochí*.

11. Locum accentus euphonici Metheg non raro tonicus occupat, ut תֵּעָצְבוּ *dolore vos crucietis*, Gen. XXXXV. 5. pro תֵּעָצְבוּ

12. Diverſorum in eadem voce accentuum poſterior tonum habet, ut

תֵּעָצְבוּ *te-a-tsbhú.* הוֹשִׁיעֵנִי *ho-ſchi-é-ni*, *ſalva me*, ψ. III. 8.

13. Contra eodem in voce geminato prior tonum habet, ut תֹּהוּ *thóhu*, *vaſtitas*, Gen. I. 2. quæ geminatio in *Paſchta poſtpoſitivo* ſolemnis.

14. In poſtpoſitivis alioquin & præpoſitivis non accentus, ſed analogia toni ſedem indicat; ergo legendum e. g.

מִמֶּנּוּ *mimménnu*, *de eo*, Deut. XXVIII. 31. non *mimmennú*.

וַיִּסְעוּ *wai-jis-ú*, & *profecti ſunt*, Ex. XXVII. 1. non *wai-jis-u*.

15. Cæterum pro tonicis grammatici euphonicum commoditatis cauſa uſurpant.

Ad calcem capitis de cæteris quibusdam ſcripturæ notis, in ſacro codice obviis, dici queat; ſed ſolius circelli

celli mentionem facimus, qui multis vocibus ſuperne additus variantem lectionem indicat: quam ſæpe ex codicum diſcrepantia, neque raro ex ignorantia audaciave criticorum hominum, denique ex aliis quoque cauſis oriri potuiſſe, veriſimillimum eſt. Sed ad criticam iſta magis, quam grammaticam artem ſpectant. *

Caput V.

de Syllaba & Voce.

Ut ſyllaba fiat, minimum una conſonans ſequente vocali requiritur, ut בָ *ba*, לָ *la*; ſummum duæ vocalem præcedunt, ut שְׁבָ *ſchbha* טְלָ *tla*: vel conſonans una poſt vocalem additur, ut בֶּן *ben*; neque una plures in media voce, ut קָמְנוּ *kam-nu*, שָׁמַרְתְּ *ſcha-mar-ta*; ſed ad finem ſummum duæ, ut קָמְתְּ *kamt*, שָׁמַרְתְּ *ſcha-mart*. Ita binæ conſonantes utrinque ad mediam vocalem ſtare poſſunt, ut בְּקַשְׁתְּ *bkoſcht*.

Ad iſta tamen duo annotamus, primo, ab nuda vocali incipere vocem, quæ ו copulativum in ו mutatum habet, ut וּמֶלֶךְ *u-mélech*, *& rex*. Secundo, mediæ vocis ſyllabam non quidem binas conſonantes, attamen quieſcentem cum conſonante, quanquam perraro, ferre, e. g. מְלַאכְתּוֹ *mĕlăch-tŏ*, *opus eius*, לִקְרַאתְכֶם *lik-rāth-chém*, *adverſum vos*.

Quæ ſyllaba in vocalem exit, *pura* dicitur, ut בָ, לָ, etiam ſi quieſcens accedat, ut בָא, לָה; at quæ in conſonantem, *mixta* vocatur, ut בֶן, גַם

Bre-

* *Qui plura de accentibus diſcere expetit, alios, ſed potiſſimum Io. Henr. Michaelis conſulat in* Gründlicher Unterricht von den Accentibus &c. Halle 8vo.

Brevibus ſyllabis, licet vocales breves habeat, lingua hebræa caret. Nam cum brevem vocalem uno tempore, ſive una pronuntiandi mora metiamur, hebræa vero ſyllaba duo minimum tempora poſtulet, brevis illa ſupplementum deficientis temporis non uno modo accipit.

1. *Conſonans* additur, ut בַּל *bal*, בִּלְתִּי *bil-ti.* quæ ſæpe latet in dageſch, ut פַּקֵּד *pak-kédh*, pro פַּקְקֵד

aut in *quaſi-dageſch*, ut אֶחָד *unus*, pro אֶחְחָד, פֶּחָם *carbo*, pro פֶּחְחָם, גֶּחָל *pruna*, pro גֶּחְחָל

2. Aut *quieſcens*, ut קָצֶה *finis.*

3. Aut *accentus*, ſive tonicus ſive euphonicus, ut עַיִן *á-jin*, *oculus.* יַעֲשֶׂה *ja-ăſé*, *faciet.*

Sunt ergo aliæ ſyllabæ duorum, aliæ trium, immo quatuor, vel ſummum quinque temporum; e. g. in מֶלֶךְ *me* habet duo, vocalem brevem & accentum, *lech* item duo, vocalem brevem & conſonantem poſt vocalem. In פָּקַד *pa* habet vocalem longam ſeu duo tempora, *kadh* tria, vocalem brevem, conſonantem, & accentum. In פָּקְדָתְ poſterior ſyllaba *kadht* quatuor tempora complet, vocali brevi, duabus conſonantibus, & accentu: in pauſa ſcribitur פָּקָדְתְּ, ubi *kadht* quinque tempora abſolvit, vocalis longa duorum &c.

Conſimiliter in הֲבָאתָ media *bhe* quatuor eſt temporum, nam præter vocalem longam duorum, eſt littera quieſcens & accentus, ſingulorum ambo: ex הֲבָאתָ fiat הָבְאָתְ, & *bheth* quinque tempora ſive pronuntiandi moras habebit.

Scilicet neque conſonantes ante vocalem, neque ſchevata, ne compoſita quidem, *chateph-patach*, *chateph-ſegol*, *chateph-kamets*, aut quod eiusdem claſſis *patach furtivum*, in tempora computantur; non quod nullo, ſed breviori tempore, quam ut eius ratio haberi debeat, pronuntientur. Ita vox אֱלֹהִים *ĕloăh*, *Deus*, unius ſyllabæ quatuorque temporum eſt, vocalis longa duorum, conſonans & accentus ſingulorum ambo, reliqua non cenſentur.

Sed quia ſchevatis mentio incidit, neque absque eo ſyllabæ ratio ſibi conſtat, paucis de illo agendum eſt. Nimirum ab æquandis ſyllabis *ſcheva*, quaſi *æquatio* dicitur; nam

Scheva litteras cum vocali ſive præcedente, ſive ſequente in iuſtam ſyllabam colligat: Diciturque *mobile*, ut ut vix percipiendum ſono, quum ſyllabam incipit; *quieſcens* autem, ubi eandem claudit. e. g. in שְׁמַרְתֶּם *ſchmar-tem*, *cuſtodiviſtis*, ש mobile ſcheva, quieſcens ר habet.

Verum mobile ea cauſa dicimus, quod in eo pulſus quidam aeris, ſeu tanquam exploſio inſit, immo breviſſimum illud, quod ſupra cap. II. diximus, ante quasdam litteras neceſſario aſſonet, ut לְזוּת *lĕzuth*, *diſtortio*, מְכַרְכֵּר *mĕchar-ker*, *ſaltans*, &c.

Igitur ſcheva mobile eſt,

1. Ab initio vocis, ut פְּרִי *pri*, *fructus*.

2. In medio, poſt vocalem longam accentu euphonico notatam, ut

פָּקְדוּ *pa-kdhú*, *viſitarunt*.

שָׁלְמוּ *ſcha-lĕmú*, *completi ſunt*.

3. Poſt

3. Poſt vocalem brevem, cui pro ſupplemento accentus eſt, ut בַּיִתָה *ba-jĕtha*, *domum.*

4. Poſt ſcheva quieſcens, ut יִפְקְדוּ *jiph-kdhú*, *viſitabunt.*

5. Compoſita ſchevata ſyllabam ſemper inchoant & mobilia ſunt, ut

הֲלַכְתֶּם *hălach-tem*, *iviſtis.*

לֶאֱכֹל *le-ĕchol*, *ad comedendum*, &c.

Contra quieſcit ſcheva

1. In fine, tam geminum quam ſimplex, ut

יַךְ *jach*, *percutiet.*

עוֹלָם *olám*, *æternitas*; nam conſonans in fine nuda cenſetur habere ſcheva.

פָּקְדָתְ *pakadht*, *viſitaſti* fem.

In fine, niſi geminum, ſcribi ſcheva non ſolet, niſi quod litteræ ךְ ornatus cauſa additur. Sed in אַתְּ *att*, *tu* femina, cenſetur eſſe geminum, eſt enim pro אַנְתְּ; item in שָׁמַעְתְּ *ſcha-máăt*, *audiviſti* fem. quod pro שָׁמַעַתְּ, & ſimilibus.

2. In medio, poſt vocalem brevem, cui aliud deficientis temporis ſupplementum nullum adeſt; e. g.

מַלְכִּי *mal-ki*, *rex meus.*

קָדְשׁוֹ *kod-ſchó*, *ſanctitas ejus.*

3. Poſt vocalem longam tonico notatam, ut

יָכֹלְתִּי *jachól-ti*, *potui.*

סֹבּוּ *ſób-bu*, *circumdate*, pro סֹבְבוּ

maxime ubi pauſa, maior minorve, ex brevi longam fecit, rei indice maiori accentu addito, ut

הוֹחַלְתִּי *hochāl-ti*, *ſperavi*, pro הוֹחַלְתִּי

Hinc regula exiſtit.

Kamets ante ſcheva absque accentu, ſive euphonico ſive tonico, breve eſt, ſive *kamets chatuph*, e. g.

קָדְשִׁי *kodh-ſchi*, *ſanctitas mea.*

רָנְנוּ *ron-nú*, *cantate*, Eſ. XXXXIIII 23.

pro רָנְנוּ

— כָּל *kol*, *univerſitas*, *omnis*. migrante ob virgulam *makkaph* accentu, ex כָּל

וְיָקֹם לָךְ *wjákom lach*, & *ſtabit tibi*, Iobi XXII. 28.

Syllabæ porro *vocem* conſtituunt, vel *ſimplicem*, ut אָב *pater*, אָמַר *dixit*: vel *compoſitam*, ut ex duobus, אָבִי *pater meus*, בְּדֶרֶךְ *in via*; ex tribus, בִּדְרָכְוֹ *in via eius*; aut denique ex quatuor, וּבִדְרָכְוֹ & *in via eius.*

Caput VI.

de mutatione punctorum generali.

Nulla vocalis, neque longa neque brevis, ſua natura mutationem reſpuit, licet aliæ ad eam aliis procliviores ſint; rarius enim mutantur *ſchurek* & *cholem*, rariſſime *chirek* longum: attamen ſunt cauſæ, quæ easdem omnes *immutabiles* faciant.

1. De

1. De vocali mutabili.

Vocales longæ ſæpe in breves, brevesque in longas mutari ſolent; easque vel cognatas vel affines.

Mutantur autem

א Neceſſitate illa, quam præcepta de natura ſyllabarum ſuperius tradita afferunt.

ב Ingenio & impetu quodam dicendi vetuſtis Hebræis familiari.

ג Euphonia molliorem pronuntiationem ſuadente.

ד Ob vim dicendi maiorem ſingularemque emphaſin.

א Ad primum igitur locum hæc præſertim refero:

1. Vocalis longa non ſtat in ſyllaba mixta absque accentu. Ut ſi ex voce accentus periit, e. g.

בָּשָׂר — כָּל *omnis caro*, pro כָֹל propter *makkaph*.

Aut ſi accedens ſyllaba accentum ad ſe rapuit.

דִּבַּרְכֶם *verbum veſtrum*, ex דָּבָר

יֶשְׁכֶם *eſtis*, ex יֶשׁ

יַמִּים *maria*, ex יָם rad. ימם

קִנִּים *nidi*, pro קִנִּים a קֵן rad. קנן

Aut ſi retro quampiam ob cauſam retrahitur accentus.

וַתֶּעָז & *valida fuit*, Iud. III. 10. pro וַתָּעָז

תֶּשֶׁב — אַל *ne avertas*, 1. Reg. II. 20. pro תָּשֵׁב

הִשָּׁמֶר *cave* pro הִשְׁמֶר

2. Contra vocalis brevis ſyllabam non perficiens vel tollitur, vel producitur, vel ſupplementum accipit. Tollitur e. g. in

פָּקְדִי

פָּקְדוּ *visitaverunt*, pro פָּקַדוּ ex פָּקַד

producitur; ut

פְּקִדֵם *visitavit eos*, pro פְּקָדֵם

ſupplementum accipit; ut

מַחְזִיק *apprehendens*, *tenens*, ex מַחֲזִיק ubi ex ſyllaba mixta מַחֲ, accedente compoſito ſchevate, fit pura complementi egens.

3. Ita gutturales & ר, non amantes geminari per dageſch, defectum vocali longa, aut euphonico ſaltem penſare ſolent; ſed de hoc deinceps opportunus dicendi locus.

Ex eadem illa doctrina de ſyllaba hæc quoque de ſchevate mutando præcepta fluunt.

1. Quum ab initio duo ſchevata concurrunt, prius mutatur in chirek. e. g.

כִּרְמוּת *ſecundum ſimilitudinem*, pro כְּרְמוּת

לִשְׁמוֹר *ad cuſtodiendum*, pro לְשְׁמוֹר

In ſyllaba binas ſummum conſonantes præcedere vocalem diximus, quare tertia in exemplis allatis vocalem accipit. De mutatione prioris ſchevatis in *patach*, aliamve vocalem brevem, quid tenendum ſit, in ipſo operis progreſſu pateſcet.

2. Sublato deinde poſteriori ſchevate chirek complemento eget, ita ex יִרְבֶּה fit יִרֶב *multiplicetur*.

3. Item ſcheva poſterius ſub ׳ tollitur, ut littera quietis amans in chirek quieſcat, e. g.

וִיהִי & *ſit*, pro וְיִהְיִ

לִישׁוּעָה *ad ſalutem*, pro לְיִשׁוּעָה

Itaque ipſum ׳ non raro perit, defectum compenſante accentu aut vocali longa *tſere*; ut וַיִּצֶר & *formavit*,

sit, Gen. II. 19. pro וַיִּצֶר quod ibidem v. 7. item eiusdem verbi, sed significatione diversa וַיִּצֶר & *arcte fuit*, Gen. XXXII. 7. neque aliter לֵרָא 1.Sam. XVIII. 29. pro לִירְאָ ab יָרֵא *timuit*; יֵשֶׁב *sedebit*, ex ישב; אֵרַע *sciam* ex ידע

4. Sed particula ו sequente alio schevate, aut aliqua litterarum בומף, congenerem vocalem *schurek* accipit.

וּשְׁמִי & *nomen meum*, וּמֶלֶךְ & *rex.*

Nisi vocali sequenti sonus vocalis *chirek* magis sit aptus, ut וְהִיוּ & *estote*, וְחִיוּ & *vivite.* Cæterum illam euphonia regulam dedit, nam litteræ ו & reliquis בומף cum vocalibus *o* & *u*, quæ peræque labiis pronuntiantur, optime convenit.

5. Quod si duorum ab initio schevatum prius sit compositum, ex fictitia fit vera vocalis brevis. e. g.

חֲבָלִי *dolores*, pro חִבְלִי ex חֲבָלִים

קָדְשִׁי *sanctitates*, pro קִדְשִׁי ex קָדָשִׁים

6. Si duorum ab initio schevatum posterius sit compositum, præcedente particula cum simplici, in huius locum congener vocalis substituitur. ut

וְאָנִי & *ego*, pro וְאֲנִי

כָּאֲשֶׁר *sicut quod*, *quemadmodum*, pro כַּאֲשֶׁר

לָאִוִיל *stulto*, pro לְאִוִיל

בָּעֳנִי *bo-ŏni*, *in afflictione*, pro בְּעֳנִי *

* *Nonnunquam tamen pro schevate composito simplex quiescens substituitur, ut* לַעְזֹר ad iuvandum, pro לְעָזְרֹ; לִהְיוֹת ut sit, pro לְהִיוֹת; וְחַיֵּה & vivito, pro וְחִיֵּה

Alia res eſt, quum nulla id genus particula præcedit, neque ſcheva compoſitum ex *mobili* ſimplici, ſed *quieſcente* eſt ortum, ut נֶהְפַּךְ *verſus eſt*, ex נֶהְפָּךְ nam hæc poſterior forma natura prior eſt. Verum iſta alium locum poſtulant.

7. Deinde in media voce ſi duo ſchevata ſimplicia concurrunt, poſterius ſponte fit mobile, ut עַבְדְּכֶם *ſervus veſter*.

8. Sed duorum in media voce ſchevatum ſi prius eſt compoſitum, hoc alibi ſuum ſcheva, alibi vocalem abiicit. e. g.

יַעַבְרוּ *tranſibunt*, נַעַבְרָה *tranſeamus*, ex יַעֲבֹר &c.

ב Ex ingenio & impetu quodam dicendi, vetuſtis Hebræis familiari, vocales & puncta immutantur. Nec mirum ſi calidior fervido cœlo ſanguis verba & orationem accelerans voces breviores fecit, maximeque ad finem rapto tono præcedentia elevavit, vocalesque in ſchevata, aut longas in breves commutavit. Igitur

1. Quando vox a fine creſcit, præcedentes vocales decreſcunt, ſed maxime ab initio. Hinc

2. Vocalis longa *mutabilis* non conſiſtit in tertia ſyllaba ab accentu tonico. e. g.

דְּבָרוֹ *verbum eius*, a דָּבָר pro דָּבְרוֹ
פְּקַדְתֶּם *viſitaſtis*, a פָּקַד
לְבָבִים *corda*, ex לֵבָב
בְּקָרִים *tempora matutina*, a בֹּקֶר

Huc refer nomina, quæ in prima (∴) aut (—) accentu fulta habent, ut

מְלָכִים *reges*, a מֶלֶךְ · שְׁעָרִים *portæ*, a שַׁעַר

3. Contra

3. Contra vocalis *immutabilis* euphonicum accipit in tertia ulterioreve a tonico.

וּתְיִרוֹשָׁם & *muſtum eorum*, ℣. IIII. 8.
הוֹשִׁיבֵנִי *habitare facies me*, ibid. 9.
שׁוּעָלִים & שְׁעָלִים *vulpes.*
הָעַמֻּדִים *columnas*, Iud. XVI. 26.

4. Sæpe ex voce media, ut vox fiat levior, vocalis perit. e. g.

יִפְקְדוּ *viſitabunt*, pro יִפַּקְדוּ ex יִפְקֹד
פּוֹקְדִים *viſitantes*, pro פּוֹקְדִים ex פּוֹקֵד
עִוְרִים *cæci*, ex עִוֵּר
דִּבְרֵי *verba*, ſequente genitivo, pro דְּבָרִים

Nempe duarum vocum, quarum poſterior genitivus eſt, prior corripitur; cuius non alia potior ratio, quam res natura coniunctiores ſermone etiam arctius connecti. Ita dicitur דִּבְרֵי אֱלֹהִים *verba Dei*, pro דְּבָרִים אֱלֹהִים; & דְּבַר אֱלֹהִים *verbum Dei*, pro דָּבָר אֱלֹהִים. His affine, quod de vocibus per *makkaph* coniunctis ſupra capite IV. docuimus; nam ibi quoque citatior oratio impetusque dicendi cauſa vocum vocaliumque allevandarum, demendorumque accentuum fuit.

5. Contra in verbis, ubi pronomen a fine accedit, attenuato vocis initio medium fit craſſius. Ut פָּקְדוּךְ *viſitaverunt te*, pro פָּקְדוּךְ ex פָּקְדוּ: quippe vicinus tonus proximam facilius vocalem, quam remotiorem ſuſtentat, alioqui opus habituram euphonico. Itaque redit in medio vocalis illa, unde natum fuerat ſcheva, nam פָּקְדוּ ex פָּקַד; niſi quod ſyllabæ ratio, pro brevi longam poſcens, *kamets* ſubſtituit. *

* *Immo & alias ſæpe minuta leviorque vox prolongari, & quaſi pinguior fieri amat, quod non minus euphoniæ, quam celeritati Hebræorum ſermo ſtudeat; ut* בָּהֶם in illis, בָּזֹאת ſicut

Denique ad hunc locum pertinet, quum accelerata reliqua oratione

6. Vocis ultimæ, ſive in periodo, ſive membro periodi, ſyllaba longiori mora pronuntiatur; quare vocalis brevis in longam mutari, ſæpe accentus retrahi, atque in locum ſchevatis vocalis ſubſtitui ſolet. *

וַלַּיְלָה & *nocte*, ℣. I. 2. pro וְלַיְלָה

אַפְסֵי־אָרֶץ *fines terræ*, ℣. II. 8. pro אָרֶץ **

שִׁמְךָ *nomen tuum*, pro שִׁמְךָ,

יְשַׁקְּרוּ *mentientur*, pro יְשַׁקְּרוּ ex יְשַׁקֵּר

עָזָבוּ *deſeruerunt*, & שָׁמְרוּ *ſervaverunt*, Jer. XVI. 11. pro עָזְבוּ & שָׁמְרוּ ex עָזַב & שָׁמַר

Vides reſtitui vocalem, in cuius locum ſucceſſerat ſcheva, atque ſi brevis illa fuerit, in longam abire. Eiusmodi ſyllaba accentum maiorem habet, etſi & hunc præcedens ſyllaba nonnunquam ita afficitur, quum præſertim ן emphaticum acceſſit; ut יִאַסְפוּן *recipiunt ſe*, & יִרְבָּצוּן *recumbunt*, ℣. CIV. 22. pro יִאַסְפוּן & יִרְבְּצוּן

Nam ſingularis emphaſis eſt, quum vox a fine periodi, vel membri, ſecunda id patitur; ut בְּרָכָתְךָ סֶלָה *benedictio tua, ſela*, ℣. III. 9. pro בִּרְכָתְךָ, ſed dageſch in ם dubiæ lectionis. חָסְיָה נַפְשִׁי *confugit anima mea*, ℣. LVII. 2. pro חֲסִיָּה ex חסי

Cæterum

ſicut iſtud, *pro* בְּחֵם, כְּזֹאת &c. קַח וָלֶךְ, רֻגֶּב וָסוּם, חֶלֶב וְרִשָּׁן &c. *ubi* ן kamets *habet loco* ſchevatis. *Equidem alius iſta loci, commode tamen hic ſubnotantur.*

* *Rhetoricæ artis id præceptum potius, quam ſermonis familiaris.*

** *Ita* הָאָרֶץ *in pauſa primum, poſt ubique dici coepit.*

Cæterum non bene grammaticorum vulgus præcipit, ob accentus reges ex brevibus longas vocales fieri: nam reges quidem cola periodosque finiri, vocales autem ex brevibus longæ ipsam illam, quam diximus, longiorem pronuntiandi moram indicant. Confer quæ de his iam supra cap. IV. No. 10. delibavimus.

3 Euphoniæ atque commodioris molliorisque pronuntiationis gratia vocales & puncta immutantur; quum præsertim gutturales aut quiescentes litteræ adsunt, aut pro gemina simplex littera, abiecto dagesch, effertur, & si qua alia.

De gutturalibus litteris.

1. Gutturales litteræ אהחע, pronuntiatu difficiliores, pro simplici schevate *mobili* compositum poscunt; e. g.

עֲשֵׂה *fac.* אֱנוֹשׁ *mortalis.*

עֳנִי *afflictio.* גְּאֲלִי *vindex meus.*

הָאֳהָלָה *in tentorium.* וַתְּשַׂחֲדִי & *munerata* es, Ez. XVI. 33.

2. Eædem gutturales pro simplici schevate *quiescente* compositum sæpissime accipiunt, ut euphonico opus sit ad sustentandum præcedentem vocalem brevem.

אעלה *ascendam*, pro אֶעֱלֶה

אעלה *ascendere faciam*, pro אַעֲלֶה

מאסם *aversari eorum*, Amozi II. 4. pro מַאְסֵם

ידענוך *novimus* te, Hos. VIII. 2. pro יְדָעֻנוּךָ

3. Eædem gutturales sæpe suam, sæpe præcedentis litteræ vocalem immutant.

אפקד *visitabo*, pro אֶפְקֹד fut. *kal*, ut יִפְקֹד

נהפך *versus est*, pro נֶהְפַּךְ *niphal*, ut נִפְקַד

הָעֳלִים

הֶעֱלִים unde הֶטֵלִים *obſignavit, occultavit*, pro הֶעֱלִים *hiphil*, ut הֶפְקִיד

בֶּטַח *fiducia*, pro בֶּטֶח

סַטַר *procella*, pro סָעַר

בְּרַחַת *fugiens* fem. pro בְּרֹחַת

Illæ regulæ in verbis maxime, a gutturali incipientibus, uſum habent, ubi characteriſticæ, vel temporis futuri, vel coniugationum, *niphal*, *hiphil* & *hophal* acceſſerint. Sic e. g. a verbo עָבַד *coluit*, *ſervivit*, fit futurum *kal*, non יְעִבֹד, ſed propter gutturalem primum quidem יַעֲבֹד dein plenius יַעְבֹד; *Niphal* admiſit נֶעְבַד, mox נֵעבַד pro נֶעְבַד; *Hiphil* הֶעְבִיד & plenius הֵעְבִיד pro הֶעֱבִיד; *Hophal* promiſcue הָעְבַד & הָעֳבַד &c.

Dein ad reg. 3. hæc quoque exempla notes: יִתְנַחֵם *poenitebit ipſum*, Deut. XXXII. 36. pro יִתְנֶחָם; הַהָרִים *montes*, pro הֶהָרִים; הֶעָרִים *urbes*, pro הֶעָרִים; הַחָרְבוֹת *vaſtitates*, Ez. XXXVI. 33. pro הֶחֳרָבוֹת; לְחַנְנָהּ *miſerendi eius*, ℔. CII. 14. pro לְחֶנְנָהּ &c. &c. In his ſimilibusque vitandæ κακοφωνίας gratia varietas ſoni admiſſa, divite lingua ad omnia ſe accommodante.

4. Eſt tamen, ubi eiusdem euphoniæ cauſa gutturalis communem litterarum analogiam ſervat; e. g.

לִהְיוֹת *ut ſit*, non לִהֱיוֹת

יִחְיֶה *vivet*, non יִחְיֶה *

5. Contra nonnunquam littera etiam non gutturalis eleganter compoſitum ſcheva admittit; e. g.

חִבְּרֵכוּ

* *Singulare, ſed bonæ notæ eſt* תְּהַלֵּךְ *fut.* kal *ab* הָלַךְ ℔. LXXIII. 9. *Ex.* IX. 23.

תְּבָרְכוּ *benedicetis*, Num. VI. 23.
וְזָהָב & *aurum*, Gen. II. 12.
לֻקָּחָה *desumpta est*, ibid. 23.
דֳּמִי *silentium*, *quies*, formæ דֳּמִי ex דֳּמִי
קְדֹשִׁים *sanctitates*, pro קְדֹשִׁים ex קְדֹשׁ
צִפֳּרִים *aves*, pro צִפּוֹרִים ex צִפּוֹר

Quod rariſſime loco ſchevatis quieſcentis eſt, e. g.

רְטַפֵּשׁ *reviruit*, Jobi XXXIII. 25. pro רְטַפַּשׁ
רְבָבוֹת *myriades*, pro רְבָבוֹת

6. Gutturales ultimæ ח, ע & ה *mappikatum* ſeu radicale, plerumque patach *furtivum* ante ſe poſcunt.

רוּחַ *ſpiritus.* יוֹדֵעַ *ſciens.*
רָקִיעַ *expanſum.* אֱלוֹהַּ *Deus.*

Poſt vocales longas id fit præter *kamets*; breves enim ſi antecedere debeant, ſponte in *patach* abeunt, ut וַתָּנַח & *quievit*, pro וְתָנָח *wattánohh*, ex תָּנוּחַ; וַיֵּרַע & *male egit*, *pro* וְיֵרַע; quippe retracto accentu vocalis longa ultimæ ſyllabæ pro brevi putatur.

7. Item penultimas quoque ח & ע furtivum illud patach pro ſchevate quieſcente ſubit, ſi alterum quieſcens ſequatur. e. g.

יִגַּעַתְּ *laſſata* es, pro יִגְעַתְּ
שִׁמְעַן *audite* fem. pro שִׁמְעֶן
וַיִּחַד *wai-jiăhhd*, & *lætatus eſt*, Ex. XVIII. 9.

8. Gutturales & ר geminari non amant, defectum compenſante

α. Vocali longa, e. g.

הָעֵץ pro הַעֵץ *arbor*,
מֵאִישׁ pro מִאִישׁ *a viro*,
בֵּאֵר pro בִּאֵר *declaravit*,
הִטַּהֲרוּ pro הִטַּהֲרוּ *purificarunt ſe*,
אֵחַר pro אִחַר *diſtulit*,
בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ *benedixit*,
יְגָרֵשׁ pro יִגָרֵשׁ *expellet*,

β. Accentu euphonico, ut

הַהֹלֵךְ pro הַהֹלֵךְ *iens*, Gen. II. 14.
הַחַיִּים *vitæ*, ibid. 9.

Quanquam non raro implicite magis, quam expreſſe, compenſari dageſch intelligimus, ut

נְאֻץ *reſpuit*, pro נִאֻץ; בְּעֵר *uſſit*, *exuſſit*.

maxime ante ח & ה, ut

נֹחַם *ſolari*, רָחַץ *lotus eſt*, מַהֵר *feſtina*.

Nimirum in his ſimilibusque vocali paullum aliquid accedere, & geminationis paullulum ſuperaddi putes, ut plena ſibi ſyllaba conſtet. Neque enim univerſe verum eſt, non ullam illas litteras ferre duplicationem poſſe: nam non Arabes modo gutturales omnes, poſcente analogia, ſed & Hebræi nonnunquam aperte quasdam geminant: e. g. מָרַת נַפְשׁוֹ *morráth naphſchó*, *amarorem ſuum ipſius*, Prov. XIV. 10. רְאוּ Jobi XXXIII. 21. &c.

Sed & in aliis litteris, ſcheva habentibus, ſive molliendæ, ſive accelerandæ pronuntiationis cauſa, duplicatio illa ſæpe negligitur; ſeu quod idem eſt:

9. Da-

9. Dageſch ex littera ſchevata ſæpe excidit. e. g.

וַיִּשְׂאוּ & *ſuſtulerunt*, pro וַיִּשְׂאוּ
תִּבְקְשׁוּ *quæretis* ✝. IV. 3. pro תִּבְקְשׁוּ
חֶקְכֶם *penſum veſtrum*, Ex. V. 14. pro חֶקְכֶם
ſive חֻקְכֶם *

Atque ita ſæpe *euphonicus* additur, ut

וִיהִי *wa-jhi*, & *factum eſt*, pro וַיְהִי
הְהַלְלוּךְ *celebraverunt te*, Eſ. LXIV. 10. pro הְהַלְלוּךְ
לַמְנַצֵּחַ *monitori*, *magiſtro* muſicæ. **

10. In ſyllaba mixta ad finem geminatio nulla; ut

עַם *populus*, pro עַמְּ ex עמם
גַּל *revela*, pro גַּלְּ ex גַּלֵּה imper. *Pihel*. ***

Sed creſcente voce amiſſa littera redit, ut

עַמִּים *populi*. גַּלּוּ *revelate*.

De quieſcentibus אהוי

11. Quieſcentes א & ה præcedentem vocalem *patach* in longam *kamets* commutant. e. g.

מָצָא

* *Locorum, ubi dageſch ex littera non ſchevata excidiſſe vulgo traditur, alii male arceſſiti, ex alia, atque putatur, radice derivandi, alii dubii, pauci locum tuentur.*

** *Igitur ex* לַמְנַצֵּחַ lam - mnattſéăhh, *fit* לְמַנֵּצֵחַ lamnattſéăhh, *tandem* לַמְנַצֵּחַ lam-nattſéăhh; *ita ex* הַלְלוּ hal - lĕlú, laudate, *fit* הְלַלּוּ ha-lĕlú, *dein* הַלְלוּ hal-lú. *Quanquam ſunt qui dubitant, hoc modo per euphonicum ſyllaba pura fiat, an mixta potius maneat.*

*** *Exime regula* נָתַתְּ, אָתְּ &c. *de quibus ſupra cap.* III.

מָצָא *invenit*, pro מָצַא ut פָּקַד

מָצָאתָ *inveniſti*, pro מָצַאתְ ut פָּקַדְתְּ

גָּלָה *revelavit*, pro גָּלַה

נִגְלֵיתִי *revelatus ſum*, pro נִגְלַיְתִי ut נִפְקַדְתִּי

12. Littera א quietis amantior abiecto nonnunquam ſuo ſchevate, aut vocali etiam; vel hac ad præcedentem reiecta, ſi ea vocali careat; vel binis denique brevibus in unam vocalem longam mutatis, quietem obtinet. e. g.

נָאוּ *decori ſunt*, Eſ. LII. 7. Cant. 1. 10. pro נָאוְוּ a נָאָה ut פָּקְדוּ, niſi malis pro נָאוְוּ formæ *pihlel* ex נָאְוָה, quod legitur ℣. XCIII. 5. וְאֶעֱנֶה & *affligam*, 1. Reg. XI. 39. וְאֶעֱנֶה; לֶאֱדֹנִי *domino meo*, pro לַאדֹנִי;

וְקָאֵם & *ſtans*, Hoſ. X. 14. pro וְקָאָם

נִפְלָאת *mirabile eſt*, ℣. CXVIII. 23. pro נִפְלְאָת ſive נִפְלָאָה; וְקָרָאת & *vocabit*, pro וְקָרְאָה; מְלָאכָה *negotium*, *opus*, pro מַלְאָכָה, ſicuti מַלְאָךְ *nuntius*, ſpec. *angelus*, a לָאַךְ *miſit* nuntium; רִאישׁוֹן *primus*, Jobi XV. VII. pro רִאְישׁוֹן ex רָאִישׁ, unde pervulgatum רִאשׁוֹן

צֵאת *egredi*, pro צְאֵת; מְצֵאת *inveniens* fem. pro מְצָאת; בֶּאֱלֹהִים *in Deo*, pro בֵּאלֹהִים

Nonnunquam quietis amore plane *otiatur*, aut *deficit*, ut יִרְאוּ *timete*, pro יִרְאוּ; מַלְפֵנוּ *docens nos*, Jobi XXXV. 11. pro מְאַלְפֵנוּ

13. Litteræ ו & י *vocali carentes*, ex conſonantibus fere quieſcentes fiunt, vocali præcedente plerumque mutata. ut

יִיקַר vel יִיקַר & יִקַר pro יִיקַר
הוֹשִׁיב *ſedere fecit*, pro הוֹשִׁיב a וָשַׁב
הוּשַׁב *ſedere factus eſt*, pro הָוּשַׁב
עֵינִי *oculus meus*, pro עֵינִי a עַיִן
עַוְלָה *iniuſtitia*, ex עַוְלָה
בְּכִי *bchi*, *fletus*, pro בֶּכִי *béchei.*
דְּיוֹ *atramentum*, pro דְּיוֹ

14. Sed eædem ו & י ultimæ, ſi *radicales* ſint, ſolemniter in ה quieſcens colliqueſcunt. ut

גָּלָה *revelavit*, ex גָּלוֹ vel גָּלִי
בָּכָה *flevit*, ex בָּכוֹ vel בָּכִי

15. Litteræ ו & י mediæ, *habentes vocalem poſt ſcheva*, in ſua vocali quieſcere, quam per eandem moveri malunt: unde vocales, ſive ipſius litteræ quieſcentis; ſive præcedens, ſi ſyllabæ ratio poſtulet; vulgo mutantur.

קוֹם & קוּם *ſurgere*, *ſtare*, pro קוֹם ex קָוַם
יָקוּם vel יָקוֹם *ſurget*, *ſtabit*, pro יָקוֹם
נָקוֹם forma *Niphal*, pro נִקְוַם
מָקוֹם *locus ſtandi*, *locus*, pro מְקוֹם
בִּין *intelligere*, pro בִּין vel בִּין
יָבִין *intelliget*, pro יִבִּין vel יִבִּין
הֲבִין *intelligere fecit*, pro הֲבִיִין

Niſi analogia litteram potius, quam vocalem mutari iubet, ut

הֲקִים *ſtare fecit*, pro הֲקִוִים
יָקִים *ſtare faciet*, pro יָקִוִים

16. Idem in ו habente vocalem *chirek*, *ab initio*, quum particula cum ſchevate præcedit, nonnunquam evenit. e. g. בִּיתְרוֹן *ſicut præſtantia*, Eccl. II. 13. pro בְּיִתְרוֹן; וְיִלֶלֶת & *eiulatus*, Jer. XXV. 36. pro וְיֵלֶלֶת

17. Litteræ ו & י mediæ, *habentes vocalem*, poſt *vocalem*, vel in quietem *implicitam* quandam colliqueſcunt: ut

קָם *ſurrexit*, *ſtetit*, pro קוֹם

מֵת *mortuus eſt*, pro מֵיתַ

vel colliqueſcentibus vocalibus ipſæ expreſſæ manent. e. g.

הִקּוֹם forma infin. *Niphal* pro הִקּוֹם

יִנֵּן *ſuboleſcet*, fut. *Niphal* pro יִנְּיוּ

Poſterius frequens in nominibus, quæ *ſegolata* cognominantur, de quibus deinceps; ubi fiunt formæ

פּוֹד & פּוּד ex formis פָּוֵד ſive פָּוֶד

פֵּיד & פִּיד ex formis פָּיֵד ſive פָּיֶד &c.

ך Poſtremo & *emphaſis* quædam ſingularis, atque maior ſermonis contentio, vocales ſæpenumero & puncta immutaſſe deprehenditur. e. g.

חַסְיָה נַפְשִׁי ℣. LVII. 2. pro בִּרְכָתְךָ סֶלָה ℣. III. 9. חַסְיָה נַפְשִׁי, בִּרְכָתְךָ סֶלָה; quæ duo exempla ſuperius in hoc ipſo capite ad litt. ב n. 6. invitante loco exhibuimus.

הִרְחַבְתָּ לִי *ſpatium feciſti mihi*, ℣. IV. 2. cum dageſch *emphatico* in ל, quo ſicuti vox ita ſignificatio intenditur.

קוּמוּ צְאוּ *ſurgite*, *exite propere*, Gen. XIX. 14. Ex. XII. 31. pro nudo צְאוּ *exite*. Conſimilis

In hisce emphaſis ineſt:

הָרָה נָסוּ

הָרָה נָסוּ *montem versus fugerunt*, Gen. XIV. 10. ubi nisum omni contentione fugientium scriptor imitatur.

אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ *nihil quicquam salutis ei*, ♁. III. 3. pro simplici אֵין יְשׁוּעָה לּוֹ *non ei salus* est; nam duplex emphasis accessit, dagesch & ה post יְשׁוּעָה

Eiusmodi Dagesch *emphaticum* mediam quoque vocem occupat, ut וּנְתַקְּנוּהוּ & *avellamus eum*, Jud. XX. 32. כְּבוּדָה *magnificentissime exornata*, ♁. XLV. 14. pro כְּבוּדָה * &c.

Traditis præcipuis mutandarum vocalium punctorumve legibus, indicatisque mutationum causis & fontibus, pauca hæc annotamus.

α. Multa in punctorum mutatione anomala vulgo censentur, quæ rectius in divitem variamque linguæ copiam, aut sæpe dialectum, temporibus locisque diversam, transcripseris. Cuius generis sunt,

קֻו & קִו *liuea fabrorum*, *funiculus mensoris.*

אָמַר & אֹמֶר *dictum*, קוּם, & קֹם *surgere* **

* *Regulam de syllaba mixta vocalem longam absque tonico non admittente, ut minorem, maior emphaseos regula sustulit; quanquam & absque emphasi exceptionem pati videtur, ut* עוֹזְנוּ ♁. LXXXI. 2. וְהֶמְיִתְיו 1. Sam. XVII. 35. &c.

Cæterum multa exempla afferuntur, ubi tale dagesch, quod euphonicum *appellant, mediam vocem insederit, quorum paucissima tamen sola* euphonia, *plura* emphasis, *alia* necessitas *ipsa formæ & derivationis, neque pauca sive dialectus, sive liber usus, dicendi magister, sibi vindicat. Ultimi generis esse videntur,* חֲרֻלִּים *ex* חָרוּל, קַרְדֻּמִּים *ex* קַרְדֻּם &c. &c. *necessarium dagesch in* נָזֳלוּ *ex* זלל Es. LXIV. 2. &c. &c.

** *Pro schurek sæpissime* kibbuts *legitur, ut* יְרֻיַּן, יְרֻבַּיִן, יוּדְךָ, אֻכְלֻהוּ, אֻמָּן, תַּהֲפֻכֹת &c.

הַפְקֵד & הַפְקִיד ex *hiphil.* מְפֻקָּד & מָפְקָד ex *hophal.* לָלֶדֶת & contractum לָלֶת *ad pariendum*, 1.Sam.IV.19. לַהֶבֶת אֵשׁ & contr. לַבַּת-אֵשׁ *flamma ignis*, Ex. III. 2. &c. &c.

β. Neque anomalum v. g. בִּתִּי *filia mea*, ex בַּת, aut גִּתּוֹת *torcularia*, ex גַּת, & quæ his ſimilia: nam בַּת ex בִּנְתּ, unde בִּנְתִּי & contr. בִּתִּי; גַּת pro גַּתַּת, unde fem. גִּתָּה contr. גִּתָּה &c. idem iudicium de פַּת *fruſtum*, צַד *oppoſita pars*, *latus*. &c. &c.

γ. Neque turbata puncta v. g. in עָרִים *urbes*, ex עִיר; יָמִים *dies*, ex יוֹם; רָאשִׁים *capita*, ex רֹאשׁ; אֲנָשִׁים *mortales*; *viri*, ex אֱנוֹשׁ &c. &c. Nam עָרִים quidem contractum pro עֲיָרִים, ut ſemel plene legitur Jud. X. 4. ex עֲיָר cont. עִיר; quemadmodum יָמִים dicitur pro יוֹמִים ex יוֹם, per quietem יוֹם; denique רָאשׁ & רֹאשׁ pro רַאֲשׁ, & רֹאשׁ ſicuti אֱנָשׁ & אֱנוֹשׁ eiusdem olim iuris. &c. &c.

II. De vocali immutabili.

Hactenus de vocali *mutabili*, nunc de *immutabili* paucis agendum; nempe talis fieri vocalis ſolet per

1. quietem expreſſam, e. g.
   הֵיכָלוֹ *templum eius*, הֵיכָלִים &c. ab הֵיכָל
   חִיצוֹנָה *exterior*, a חִיצוֹן rad. חוּץ vel חִיץ

2. quietem implicitam, e. g.
   רָמוּתֵךְ *celſitudo tua*, Ez. XXXII. 5. non רְמוּתֵךְ, eſt enim a רום verbo quieſcente media ו.

עֲרוַת פִּיךְ

עֵדוּת פִּיךָ *teſtimonium oris tui*, ℣. CXIX. 88.
non עֲדוּת, nam fit ex עוּד vel עִיד

3. compenſationem deficientis, e. g.
חָרַשׁ עֵצִים *faber lignorum*, Eſ. XLIV. 13.
non חֲרַשׁ, nam eſt a חָרַשׁ pro חָרֵשׁ

מָגֵן יִשְׁעֶךָ *ſcutum ſalutis tuæ*, ℣. XVIII. 36.
non מְגֵן; eſt enim contractum ex מַגֵּן, unde *kamets* manet, etiam ſuperveniente dageſch, in מָגִנִּי, מָגִנֵּם, מָגִנִּים, מָגִנִּי &c. ut מָגִנֵּי־אֶרֶץ *ſcuta terræ*, ℣. XLVII. 10.

מָסַךְ הַפֶּתַח *velum oſtii*, non מְסַךְ, fit enim a מָסָךְ, quod pro מִסְכָּךְ a סָכַךְ *.

Neque ea tamen perpetui iuris, ut nihil in id genus ſive euphoniæ ſive uſui licuerit, quoad ultimam præſertim ſyllabam, quæ liberiori lege adſtringitur; ut וַיָּרֶץ & *cucurrit*, per o breve effertur ex יָרוּץ; כָּל־בָּשָׂר *omnis caro*, pro כָּל ex כלל; הָרֵם לָךְ *attolle tibi*, 2. Reg. VI. 7. pro הָרֵם ex רוּם &c. **

Appendix Capitis VI.

De mutatione vocum ſegolatarum.

Quoniam magna Hebræis vocabulorum, quæ *ſegolatæ* dicuntur, peculiaribusque adſtricta legibus copia eſt, generalia

* *De* Dageſch *vocalem brevem mutari prohibente, in verborum aut nominum quibusdam formis, mutationi vocalium aut non, aut vix obnoxiis, dicere prudens abſtinui.*

** *Singulare* יוֹם dies, *pro* יֹמִי *ex* יָמִים *pro* יוֹמִים, *ubi multo uſu implicita quies exolevit. In* שִׁשִּׁון *conſtructo ex* שִׁשּׁוֹן *a* שָׁוֹשׁ *ipſa nominis forma, verbis quieſcentibus*

media

neralia de iis præcepta hoc loco ſubiicere placuit, omiſſis mutationum cauſis, quod ex hactenus dictis facile intelligantur.

Sunt nomina *ſegolata* formarum maxime פְּקָר, פְּקֶר, פְּקַר, accentumque in penultima habent. Ea ob incrementum a fine *poſterius* ſegol abiiciunt, *prius* ſæpiſſime in chirek, ſæpe in patach mutant, raro ſervant.

קִרְבּוֹ *medium eius*, a קֶרֶב
בִּרְכַּיִם *genua*, a בֶּרֶךְ
אַרְצִי *terra mea*, ab אֶרֶץ
מַלְכִּי *rex meus*, מַלְכָּה *regina*, a מֶלֶךְ
קִצְפְּךָ, & קִצְפֶּךָ *ira tua.*
נִגְבָּה *auſtrum verſus*, a נֶגֶב cum ה locali.

Si tſere fuerit, id in chirek aut ſegol abit.

שִׁבְטְךָ, *virga tua*, a שֵׁבֶט
אִמְרוֹ *dictum eius*, ab אֵמֶר obſoleto.
אִבְרָה *ala*, ab אֵבֶר

Sin cholem, in kamets-chatuph vel kibbuts.

גִּדְלוֹ & גָּדְלוֹ *magnitudo eius*, a גֹּדֶל

In ſegolatis cenſentur.

1. Quæ poſteriori ſede pro ſegol *patach* vicarium habent, ob ultimam ח vel ע, vel ה radicale cum mappik.

בְּטַח *fiducia*, cuius fem. בְּטָחָה
יֶשַׁע & יְשַׁע *ſalus*, unde יִשְׁעֲךָ, & יְשָׁעֲךָ *ſalus tua.*
נְגַהּ *ſplendor*, unde נָגְהָם *ſplendor eorum.*

2. Aut

media & ultima communis, in locum vocalis ſcheva ſubſtituere ſuaſit. &c.

2. Aut quæ ob easdem medias pro utroque ſegol *patach* amant; niſi adſit priori ſede *cholem.*

לַהַב *flamma*, פַּחַד *pavor*, רַעַם *tonitru.*
מַהַר *dos*, רָחַב *latitudo*, פָּעַל *opus.*

In quibus patach prius manet, cholem in kametschatuph mutatur, ut לַהֲבִי plurale conſtructum, פַּחְדְּכֶם *pavor veſter*, רַעֲמָה fem. פָּעֲלוֹ רָחְבוֹ &c. *

3. Aut quæ poſteriori ſyllaba decurtantur, ad formas קֹשֶׁט, חֵטְא, פֶּקֶד, פֻּקַד, ut חֵטְא *peccatum*, pro חֵטָא, קֹשֶׁט *veritas*, pro קֹשֶׁט; unde חֵטְאוֹ &c.

4. Aut quæ affines ſegolatis ſunt formæ, פֻּקַד, פֻּקָד; ut דְּבַשׁ *mel*, דְּבָשִׁי *mel meum*; שֶׁכֶם *humerus*, שִׁכְמִי, in pauſa שֶׁכֶם ℣. XXI, 13. ubi primitiva forma rediit. Eandem ut formam ita regulam agnoſcunt *infinitivi*, ſive nomina verbalia dicere mavis, atque eiusdem naturæ *imperativi;* ita ut in ſchevatis locum *chirek*, ſed ob gutturalem *patach*, ſuccedere, cholem autem a ſecunda ad primam tranſpoſita in *kamets-chatuph* aut *kibbuts* converti ſoleat. e. g. לְמָשְׁחָה *ad ungendum*, פָּקְדִי *viſitare meum*, פָּקְדְּךָ &c. קָצְרְךָ *metere tuum*, quæ formæ פָּקֹד. בְּקָעִים *diffindere eorum*, לְאַשְׁמָה, בְּשַׁחְטָם, formæ פָּקֹד. Ex claſſe *imperativorum*, פִּקְדִי *viſita* fem. פִּקְדוּ *viſitate*; מָשְׁכוּ *trahite*; אֶסְפָה *congrega*, שַׁחֲטוּ *maſtate.*

* *Media gutturalis etiam ſegol patitur, ut* לֶחֶם panis, אֹהֶל tentorium; *a priori tamen non fit* לְחְמִי *ſed* לַחֲמִי *propter gutturalem. A* רָעַם *formari poteſt* רַעֲמְךָ, & רַעַמְךָ, *&c. quod affine illi mutationi, quam ſupra ad litt.* א *reg. ult. hoc ipſo capite docuimus, pag.* 24.

5. Aut quæ ſunt formæ פְּקִי, pro פְּקֶה, פְּקֵה, פְּקֵה; vel antiquioribus illis, פְּקִי, פְּקִי, פְּקִי; cuius generis פְּרִי *fructus*, מְרִי *rebellio*, יְפִי & יֹפִי *pulchritudo*, עֳנִי *afflictio*. Hinc פִּרְיוֹ & פִּרְיָכֶם *fructus eius* & *veſter*, מְרִיךְ, & מְרִיָם *rebellio tua* & *eorum*, יְפִיוֹ, עֳנִיוֹ. in pauſa פְּרִי, מְרִי, יְפִי, עֳנִי, ubi primigenias vocales reſtitui vides *.

6. Aut qua mediam habent ו vel י formarum פָּוד & פַּיד, pro פָּוֵד & פָּיֵד, ut עָוֶל *iniuſtitia*, בַּיִת *domus*. Inde עַוְלָה fem. עַוְלוֹ, בַּיְתָה *domum verſus*. Sed in his forma in quietem contracta frequens, ut פָּוד & פּוֹד, פָּיד & פֵּיד: qualia שָׁוֹר *bos*, ex שָׁוֵר; עוֹלָה idem quod עַוְלָה; דּוֹד *olla*, pro דָּוֵד; אֵיד *exitium*, pro אָיֵד; עֵיר *urbs*, pro עָיֵר ex עָיֵר &c. immo ordinaria ea forma cum affixis, ut מוֹתָן *mors eius*, ex מָוֶת, עֵינִי *oculus meus*, ex עַיִן &c. & ante genitivum.

7. Poſtremo nomina feminina harum formarum: תִּפְאֵרֵת idem quod תִּפְאָרָה *decus*; מִשְׁלַחַת *miſſile*; a בְּהֵמָה *beſtia*, fit בְּהֵמֶת quaſi בְּהֵמֵת; תִּלְבֹּשֶׁת *veſtitus*; גִּבֶּרֶת *hera*; אִשֶּׁת *mulier*, ex אִשָּׁה; לֵדָה & לֶדֶת nomen verbale ab יָלַד, uti גֵּשָׁה & גֶּשֶׁת a נָגַשׁ. Neque alia horum omnium lex eſt, ut תִּפְאַרְתִּי *decus meum*, בְּהֶמְתּוֹ *pecus eius*, גִּבְרְתָּהּ *hera eius*, אִשְׁתִּי, לִדְתָּהּ &c. Sed terminata in יֶת contrahi ſolent in יִת, וֶת, in וּת & וֹת; e. g. בְּרִית *foedus*, pro בְּרִיֶת ex

* *His adde formas rariores* פְּקֻוּ, פְּקוּא, פְּקוּ, *pro* פְּקֵוּ, תְּהוּא, שְׁחוּא, אָחוּא, דְּיוֹן atramentum; פְּקֻוּ; *talia* בְּהוּא

ex בָּרִי, unde בָּרָה; פְּרוּת *liberatio*, pro פְּרוֹת ex פָּרָה, unde פְּדָה, גְּלוּת *exilium*. אֲחוֹת *ſoror*. &c. *

Attamen pluralem numerum non ſecundum ſuas regulas, ſed ex vulgato aliorum nominum uſu, vocabula ſegolata formant; nam ut a דָּבָר *verbum*, fit דְּבָרִים, ita fit

מְלָכִים *reges*, ex מֶלֶךְ שְׁבָטִים *virgæ*, ex שֵׁבֶט
פְּעָלִים *opera*, a פֹּעַל רְמָחִים *lanceæ*, a רֹמַח
נְרָדִים *nardi*, a נֵרְדְּ חֳלָיִים *morbi*, ex חֳלִי
שְׁוָרִים *boves*, ex שׁוֹר שְׁוָקִים *plateæ*, ex שׁוֹק
עֲיָרִים *urbes*, Iud. X. 4. ex עִיר

Apparet hinc, ſingularem numerum שׁוֹר contractum ex שָׁוֵר, שׁוֹק ex שָׁוֵק, עִיר ex עָיֵר ſive עַיִר &c. De *ſegolatis* generatim præmittenda duximus, quæ ad generaliorem vocalium mutationem pertinent, reliqua alium locum poſtulant.

* *Non tamen abſurdum, quædam feminina directo ex ſuis maſculinis profluxiſſe, ut* בְּכִי & בְּכִית fletus, שְׁבִי & שְׁבִית captivitas.

Liber II.

De Verbo.

Caput I.

de Verbo generatim.

In verbo ſunt *quinque*, 1. ſpecies; 2. in ſpecie coniugatio; 3. in coniugatione tempora modique; 4. in tempore numerus, perſona, genus; 5. qualitas.

I. Verbi *ſpecies* vulgo uſitatas *ſeptem* numeramus, quarum hæc ſunt nomina, character, & ſignificatio.

Quas alii in lingua hebræa coniugationes appellant, earum quotquot *active* ſignificant, Romani *ſpecies* verbi, quæ *paſſive*, *formas* dicerent: nos promiſcue utrasque, tam paſſivas quam activas, *ſpecies* appellabimus. Nam Hebræis non niſi una *coniugatio*, ſed multæ eiusdem verbi, ut litteris characteriſticis & vocalibus, ita ſignificatione etiam variatæ ſpecies, quæ ad eandem univerſe legem flectuntur ſive coniugantur: neque aliter fere inter ſe differunt, atque Latinorum *facio*, *facto*, *factito*, *faceſſo*; *pendo*, *pendor*, *penſo*, *penſor*, *penſito*, *penſitor*, *penſiculo* &c. &c.

Prima verbi ſpecies *Kal*, קַל, i. e. *levis* vocatur, eſtque ſimplex litteris, quippe tribus ſolum radicalibus conſtans; ſimplex ſignificatione, ſive *activa*, ſive *neutrali*. e. g. פָּקַד *inſpexit*, שָׁמַר *cuſtodivit*; שָׂמַח *lætatus eſt*.

Eius tres formæ exiſtunt, פָּקַד, פָּקֹד, פָּקוֹד, quarum ſecunda non infrequens, tertia rara, ſed intranſitivæ fere ſignificationis utraque. e. g. מָלֵא *plenus fuit* & *implevit*, יָכֹל *capax fuit*.

Secunda

Secunda *Niphal*, cui antiquum, ſed incongruens paradigma פָּעַל, quemadmodum omnibus reliquis ſpeciebus, nomen dedit. Character eius נ ab initio, ſignificatio *paſſiva*, ut נִפְקַד *inſpectus eſt*, נִשְׁמַר *cuſtoditus eſt.*

Pro נ in infinitivo & futuro הִנ præmittitur, dicitur que הִפָּקֵד pro הִנָּפְקֵד, unde futurum יִפָּקֵד pro יִהָנָּפְקֵד; adeoque nec forma, nec ſignificatione ſemper, a ſuo Kal derivatur, quanquam illi ſpeciei plerumque reſpondet, apteque ſubiungitur. Sed vis paſſiva ſæpe *reciprocam* peperit, e. g. נִשְׁמַר *cuſtoditus eſt* ab aliis, item *a ſeſe*, i. e. *cavit ſibi.* Immo *activum neutralemve* uſum caſus nonnunquam dedit, ut נִשְׁבַּע *iuravit*, propr. *iusiurandum adactus eſt adhibitis ſeptem victimis*; נִלְחַם *pugnavit*, propr. *conſertus fuit manum cum altero.*

Tertia *Pihel* ut litteram inſerto *dageſch* geminat, ita quoque ſignificationem intendit, ut פִּקֵּד *diligenter ſæpeve inſpexit*, שִׁמֵּר *probe cuſtodivit*; vel ex intranſitivis facit tranſitiva, ut שִׂמַּח *lætificavit.*

Quarta huius *paſſivum* eſt *Pyhal*, פֻּקַּד *diligenter inſpecta eſt* res vel perſona, שֻׁדַּד & שֻׁדָּד *vaſtatus eſt,*

Quinta ſpecies *Hiphil* pro characterе accipit ab initio ה, in altera ſyllaba *chirek longum* aut *tſere*; ſignificatio *tranſitiva*, ut הֶעֱמִיד *ſtare fecit*, ab עָמַד *ſtetit*; ſæpe tranſitiva *dupliciter*, in alterum agentem, tertium patientem, ut הִפְקִיד *inſpicere fecit*, fecit ut alter inſpiceret tertium.

Sunt quæ neutralia magis videntur quam ſunt, ut הֶאֱדִים *rubuit*, propr. *rubefecit*, rubellam ſpeciem prætulit;

tulit; הִקְשִׁיב *auſcultavit*, propr. *purgavit*, ſc. אֹזֶן *aurem*, eam purgatam adhibuit.

Sexta eiusdem *paſſivum Hophal*, ut הָטְמַר *conſtitutus eſt*, הָפְקַד *inſpicere* vel *inſpici iuſſus* eſt.

Septimæ *Hithpahel* character eſt ſyllaba הִת ad pihel addita, ſignificatio vero *frequentativa* aut *reciproca*, ut הִתְפַּקֵּד *inſpectavit identidem*, vel *ſe ipſum*; הִתְהַלֵּךְ *itavit perpetuo*; הִתְעַשֵּׁר *ſe divitem iactavit*; חִשְׁתַּמֵּר *cuſtodivit ſe probe & perpetim.*

Nota euphoniæ cauſa ת characteriſticum poſt *ſibilantes* וסצשש poni, item poſt ז in ד, poſt צ in ט mutari, neque raro primæ radicali per dageſch inſeri. e. g. הִזְדַּכֵּה; הִשְׁתַּמֵּר *iuſtum ſe iactavit ſimulavitve*, הִצְטַדֵּק *purgavit ſeſe*, pro הִזְדַּכֵּה; הִטַּהֵר *mundavit ſe*, הִכַּפֶּה *texit ſeſe*, &c.

His addimus rariores *Schultenſianas* ſpecies *undecim.*

Hothpahal paſſivum ex Hithpahel.

Pohel per ו quieſcens in cholem ad actiones præcipue mutuas pertinet.

Pohal eius paſſivum.

Hithpohel eiusdem frequentativum & reciprocum.

Pehalhal binas poſteriores geminans ſuperlationem inſert.

Pihlel duplicata ultima habitum deſignat.

Pyhlal eius paſſivum.

Hithpahlel habitui frequentativam vim reciprocamve addit.

Schaph-hel aſſeverationem aut aliam vim maiorem habet.

Schoph-hal paſſivum.

Hiſchtaph-hel deſiderium, petitionem &c. ſecum fert.

Sed natura visque *undecim* harum ſpecierum, ſicut & priorum vulgatiorum *ſeptem* ex duplici paradigmate clarius pateſcet.

I.	*Kal.*	פָּעַל	*fecit.*	פָּקַד *inſpexit.*
II.	*Niphal*	נִפְעַל	*factus eſt.*	נִפְקַד *inſpectus eſt.*
III.	*Pihel*	פִּעֵל	*factavit.*	פִּקֵּד *probe inſpexit, inſpectavit.*
IV.	*Pyhal*	פֻּעַל	*factatus eſt.*	פֻּקַּד *probe inſpectus eſt.*
V.	*Hiphil*	הִפְעִיל	*facere fecit.*	חִפְקִיד *inſpicere fecit.*
VI.	*Hophal*	הָפְעַל	*facere factus eſt.*	הָפְקַד *inſpicere* vel *inſpici factus eſt.*
VII.	*Hithpahel*	הִתְפַּעֵל	*factitavit reciproce.*	הִתְפַּקֵּד *inſpectavit ſe ipſum.*
VIII.	*Hothpahal*	הָתְפַּעַל	paſſivum.	הָתְפַּקַּד *inſpectare ſe factus*, ſeu *inſpiciendum ſe ſiſtere iuſſus eſt.*
IX.	*Pohel*	פּוֹעֵל	*fecit alteri.*	פּוֹקֵד *inſpexit alterum.*
X.	*Pohal*	פּוֹעַל	paſſivum.	פּוֹקַד *inſpectus eſt ab altero.*
XI.	*Hithpohel*	הִתְפּוֹעֵל	*fecit alter alteri.*	הִתְפּוֹקֵד *inſpectavit alter alterum.*
XII.	*Pehalhal*	פְּעַלְעַל	*factitavit identidem.*	פְּקַדְקַד *ſollicito omnique ſtudio inſpectavit.*
XIII.	*Pihlel*	פִּעֲלֵל	*fecit, cum habitu.*	פִּקְדֵּד *inſpectavit aſſidue, proque aſſuetudine.*
XIV.	*Pyhlal*	פֻּעֲלַל	*ita factus eſt.*	פֻּקְדַּד paſſivum.
XV.	*Hithpahlel*	הִתְפַּעֲלֵל	*factitavit cum habitu.*	הִתְפַּקְדֵּד *inſpectavit uſque, moreque adeo ſuo.*
XVI.	*Schaphhel*	שִׁפְעֵל	*omnino fecit, perfecit.*	שִׁפְקֵד *omnino diligenterque inſpexit.*
XVII.	*Schophhal*	שֻׁפְעַל	paſſ.	שֻׁפְקַד paſſ.
XVIII.	*Hiſchtaphhel*	הִשְׁתַּפְעֵל	*cupivit ut faceret alter.*	הִשְׁתַּפְקֵד *petiit ut alter inſpiceret.*

Equidem ſatis ſpecierum in verbo plerique cenſeant, nondum tamen perfuncti ſumus: ſed alio potius loco de cæteris, ubi ſelecta rariorum ſpecierum exempla dare conſtituimus.

Cæterum

Cæterum illæ ſpecies ſæpe aliter, atque dictum, accipiuntur, quod uſu diſcitur atque ex dictionariis; ſicut & in quibus ſpeciebus quodque verbum ſit uſitatum: nam hodie multa verba in una tantum, multa in pluribus occurrunt, pauca in vulgatis ſeptem omnibus.

II. Specierum verbi omnium una atque eadem eſt *coniugatio*, ut qui unam per tempora modosque flectere noverit, cæterarum quoque variationes teneat.

III. Nimirum in coniugatione quinque ſunt, partim *tempora* partim *modi*, Præteritum, Infinitivus, Imperativus, Futurum, Participium. Quorum quidem

Præteritum, ternis conſtans radicalibus, Latinorum Perfectum Indicativi, cum Imperfecto & Plusquamperfecto æquare ſolet.

Futurum reſpondet Futuro. Sed & Præſenti, quum præſertim rei continuatio aut conſuetudo quæpiam exprimitur; qua conditione & Præteritum ſæpe pro Præſenti eſt. e. g. יַעֲשֶׂה *faciet, facere ſolet, facit;* עָשָׂה *fecit*, & adhuc *facit* *.

Infinitivus nomen quoddam verbale eſt.

Simplicem tum actionem, tum paſſionem denotat, nulla temporis, perſonæ, aliusve cuiuspiam accidentis ſignificatione: atque ut verbi, ita quoque linguæ totius, origo

* *Hebræos* præſenti *tempore carere*, *iam* præteritum, *iam* futurum *eius loco uſurpare*, *non magnopere miraberis*, *ſi cogites*, *præſentis non niſi punctum eſſe temporis*, *atque quod modo futurum erat*, *ubi vix præſens eſſe coeperat*, *iam in præteritum abiiſſe.*

origo forte & primigenia radix eſt; quæ Hebræorum eſt ſententia, Infinitivum מְקוֹר ſive *fontem* vocitantium. Inde tertia ſing. maſc. Præteriti naſcitur, quæ forſan eiusdem primum formæ, poſt ſimpliciot paullo reddita, Infinitivum principe paradigmatis loco expulit *. Porro Infinitivus raptim & cum imperio prolatus dedit Imperativum, leviterque immutatus in Futurum abiit. Poſtremo nominis naturam ſervans præter *abſolutum* etiam *conſtructum*, ut appellatur, ſtatum patitur, ut ex פְּקוֹד fiat פִּקּוֹד; atque modo *nominis*, modo *verbi* caſum admittit.

Imperativus nonniſi affirmando uſurpatur, idque in ſecundis ſolum perſonis; reliquæ per Futurum exprimuntur, ſicut & præcepta negativa, particula negandi addita.

Participia in cæteris Speciebus ſingula, in ſola Kal exiſtunt bina, *præſens* & *præteritum.*

Participium cum pronomine, ut ut cuivis tempori aptum, præſentis fere aut Imperfecti vicem præſtat, ut פּוֹקֵד אֲנִי *viſitans ego*, *viſito*, *viſitabam*; כּוֹתֵב הוּא *ſcribens ipſe*, *ſcribit*, *ſcribebat.*

Denique optativum modum ſubiunctivumque Futurum, Præteritum aut Infinitivus varia ſtructura ſupplent; atque per ו emphaticum ex futuro præteritum, præteritoque futurum, neque id temere, ſed prudenti ratione, fieri conſuevit.

IV. In tempore modoque, præter Infinitivum, duo ſunt numeri, ſingularis & pluralis.

In

* *In verbis quibusdam vetuſta ſimplicitas remanſit*, *v. g.* יָכֹל poſſe & potuit, שָׁכֹל orbum eſſe, orbus*que* fuit, אוֹר lucere & luxit, בִּין intelligere & intellexit. *Cæterum illam rem addubitare licet*, *nam Græcis quoque prima* Præſentis *thema eſt*, *ut* βαω, πεω &c.

In numero plerumque tres perſonæ. In perſona duo genera, maſculinum & femininum, excepta prima, quæ ſemper communis, tertiaque plurali temporis præteriti.

Atque hæc omnia litteris ſervilibus ad radicem additis, vocalibusque varie immutatis confiunt, quæ tamen ex paradigmate quam regulis diſci malo. Quanquam id generatim monendum puto, illas in verbo perſonarum, generis & numeri varietates ex pronominibus ortas eſſe univerſas; quo etiam nominum, ſicuti participiorum, per genera & numeros inflexiones pertinent. Nam ה quidem femininum omne ex הִוא *illa*, natum; quemadmodum י ſing. fem. ſecundæ perſonæ ex אַתִּי pro obſoleto אַתְּ *tu*, fluxit, ut תִּפְקְדִי *inſpicies*, *viſitabis*, פָּקַדְתְּ vel פָּקַדְתִּי *viſitaſti*. Sed פָּקַדְתִּי primæ ſing. præteriti ex אֲנִי *ego*, derivandum, ubi ת ex vicinis uſu פָּקְדָתְּ & פָּקַדְתְּ invaluiſſe exiſtimo. Neque alia, atque iſta vicinitas, cauſa videtur, cur tertiæ & ſecundæ plurales futuri, in genere utroque, eandem terminationem acceperint; niſi in femininis alterum נָה ex הֵנָּה *illæ*, alterum ex אַתֶּנָה *vos*, ortum dicere malis, nam ה paragogicum ad הֵן & אַתֶּן accedere ſolet. Denique ים maſc. plur. in participiis nominibusque ex הֵם *illi*, deflexum; ſed ו plur. perſ. tertiæ ex antiquiori eiusdem pronominis forma הֵם natum videtur.

Cætera prona, niſi quod in ſervilibus איתן, quæ futuris ab initio addi ſolent, eſt quod moram iniicere queat. Sicut enim conſtat, א ex אֲנִי *ego*, נ ex נַחְנוּ *nos*, fieri, ita י tertiæ perſ. maſc. ex pronomine הוּא vix derivari ſe patitur: niſi pro הוּא, cui cum verbo הָוָה convenit, ſubſtituamus obſoletum הִיא, quod alteri formæ הָיָה cum fem. הִיא *illa*, apte reſpondeat. Itaqua maſculina fuerint הוּא, הִיא, הוּא; feminina הוּא, הוּא, הִיא; quo ex הִיא littera ה ſolemni

lemni mutatione in ן abiit, characteremque tertiarum femininarum dedit.

Poſtremo quod ad vocalium mutationem in verbi flexionibus attinet, pleraque ex capite præcedenti, libri I. ultimo, plana ſunt. Unum addo, vocalem radicalis ſecundæ ubique multo liberiorem eſſe, immo primæ etiam minus adſtrictam, atque vulgo creditur.

V. Qualitate verbum vel *perfectum* eſt, cuius omnes radicales inter flectendum conſtanter adſunt atque moventur; vel *imperfectum*, cuius aliqua radicalium aut *deficit*, aut *quieſcit*.

Caput. II.

Verbi perfecti ſpecies I. *Kal.*

Præteritum.

fem.	Plur.	*maſc.*	*fem.*	Sing.	*maſc.*	*perſ.*
	פָּקְדוּ		פָּקְדָה		פָּקַד	3.
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם		פָּקַדְתְּ		פָּקַדְתָּ	2.
	פָּקַדְנוּ			פָּקַדְתִּי		1.

Infinitivus.

conſtr.		*abſol.*
פְּקֹד	פְּקוֹד	פָּקוֹד

Imperativus.

פְּקֹדְנָה	פִּקְדוּ	פִּקְדִי	פְּקוֹד 2.

Futurum.

תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד 3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד 2.
	נִפְקֹד		אֶפְקֹד 1.

Participium præſens.

פּוֹקֵד פּוֹקֶדֶת פּוֹקְדִים פּוֹקְדוֹת

Participium præteritum.

פָּקוּד פְּקוּדָה פְּקוּדִים פְּקוּדוֹת

Annotata de Præterito.

Quæ in *cholem* exeunt, illud retinent, præterquam in tertiis perſonis, ut

יָכֹל יָכְלָה
&c. יָכְלָתְּ
יָכְלוּ
&c. יְכַלְתֶּם

Quæ in *tſere*, formam communem plerumque ſervant, rarius *chirek* aut *ſegol* accipiunt, ut

יָלַד i. q. יָלַדְתִּיךָ *genui te*, ex
יָרַשׁ יְרַשְׁתֶּם *ut hæredes obtinuiſtis*, ab
שָׁאַל שְׁאַלְתֶּם *petiiſtis*, a

De Infinitivo.

Eius complures formæ, tum *maſculinæ* tum *femininæ*, ſive olim extiterint, ſive hodieque exiſtant; tales formæ femininæ,

&c. פָּקְדָה פִּקְדָה פְּקֻדָּה פְּקֹדָה
* פְּקֹדֶת פִּקְדַת פְּקֻדַּת

De Imperativo & Futuro.

In his pro cholem ſæpe *patach* occurrit, maxime in neutralibus aut ob gutturalem; ut שְׁכַב *recumbe*, יִשְׁכַּב *recumbet, recubabit;* יִזְקַן *ſeneſcet*, a זָקֵן; שְׁמַע audi, יִשְׁמַע

* *Nempe* פְּקֹדָה & פְּקֹדֶת ex פָּקֹד, *quæ forma etiam in infinitivis olim obtinuit, cuiusque exemplum, etſi dubitanter, affero* בְּשֹׁל elixando, Ex. XII. 9. גָּרֹל *autem Gen.* XXVI. 13. *participium eſſe arbitror. In genere fem. extant* הַרְגָה, הַפְּכָה &c.

יִשְׁמַע *audiet.* Rariſſimum *ſchurek*, ut תְּשׁוּמְרֵם *cuſtodiet eos*, Prov. XIV. 3.

De Participio præſenti.

Non infrequens forma פָּקֹד, atque ſolemnis quidem in verbis, quorum præteritum in *tſere* exiit, ut אָבֵל *lugens*; זָקֵן *ſenuit*; *ſeneſcens*; *ſenex*.

De Participio præterito.

Forma פָּעוּל *paſſivam* ſignificationem habet, ut אָסוּר *ligatus*; aut paſſivæ ſimiliorem, ut בָּטוּחַ & בָּטֻחַ *confiſus*, זָכוּר *memor*, quæ nonnihil diſtant a בּוֹטֵחַ *confidens*, זוֹכֵר *recordans*. Altera forma פָּעִיל libe-rior, ut גָּרִיל *intortus*, מָשִׁיחַ *unctus*; בָּהִיר *ſplendens*; פָּרִיץ *perrumpens*, *effractor*.

Caput III.

Species II. *Niphal.*

Præteritum.

fem. Plur.	*maſc.*	*fem.* Sing.	*maſc.*	*perſ.*
נִפְקְדוּ		נִפְקְדָה	נִפְקַד	3.
נִפְקַדְתֶּם נִפְקַדְתֶּן		נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ	2.
נִפְקַדְנוּ		נִפְקַדְתִּי		1.

Infinitivus.

הִפָּקֵד

Imperativus.

הִפָּקְדָנָה	הִפָּקְדוּ	הִפָּקְדִי	הִפָּקֵד 2.

Futurum.

f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m.*	*pers.*
	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
	נִפְקֹד	אֶפְקֹד		1.

Participium.

נִפְקָדוֹת	נִפְקָדִים	נִפְקָדָה נִפְקֶדֶת	נִפְקָד

Annotata.

Nonnunquam *cholem* ad fecundam radicalem eſt, ut נֶעְתָּר *exoratus eſt*, I. Chron. V. 20. נֶחְתָּם *obſignatum*, Eſth. VIII. 8. cuiusmodi defectivum נִמְלִים *circumciſi*, Gen. XXXIV. 22. a נָמַל. Talis infinitivus הִנָּתֵן *dari*, a נָתַן; item formæ antiquæ נִשְׁלוֹחַ *mitti*, נִלְחֹם *conſerere* vel *conſeri manum*, &c. Sed & pro tſere non raro *patach* eſt; item pro אֶפְקֹד altera forma אֶפְקֵד.

Caput IV.

Species III. *Pihel.*

Præteritum.

f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m.*	*pers.*
	פִּקְּדוּ	פִּקְּדָה	פִּקֵּד	3.
פִּקַּדְתֶּן	פִּקַּדְתֶּם	פִּקַּדְתְּ	פִּקַּדְתָּ	2.
	פִּקַּדְנוּ	פִּקַּדְתִּי		1.

Infinitivus.

פַּקֵּד פִּקְּדָה פִּקֶּדֶת &c.

Impe-

Imperativus.

f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m.*	*perſ.*
פִּקְדְנָה	פִּקְדוּ	פִּקְדִי	פְּקֹד	2.

Futurum.

תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	יִפְקֹד	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
	נִפְקֹד	אֶפְקֹד		1.

Participium.

מְפֻקָּדָה		
מְפֻקֶּדֶת	מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּדוֹת
מְפֻקָּד		

Annotata.

Sæpe pro *tſere* reperias *patach*, nec non *ſegol*, ut כִּפֶּר *expiavit*, כִּבֶּס *lavit*, דִּבֶּר *locutus eſt*. Infinitivi forma rarior פִּקֹּד, ut נִאֹּץ *irritando*, 2. Sam. XII. 14. חִלֹּץ *extrahere*, Lev. XIV. 43. *cholem* in יַסֵּר *caſtigando*, ℣. CXVIII. 18. Participium hic & deinceps pro charactere מ accipit. Denique פֻּקַּד aut pihel quoddam lenius excidente dageſch, aut nova coniugatio cenſeri debet, qua de re infra; eius generis הֻתַּל *illuſit*, הֻתָּל *illudere*.

Caput V.

Species IV. *Pyhal.*

Præteritum.

f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m.*	*perſ.*
	פֻּקְדוּ	פֻּקְדָה	פֻּקַּד	3.
פֻּקַּדְתֶּם	פֻּקַּדְתֶּן	פֻּקַּדְתְּ	פֻּקַּדְתָּ	2.
	פֻּקַּדְנוּ	פֻּקַּדְתִּי		1.

Infinitivus.

פְּקוֹד

Imperativus.

פְּקֹד	פִּקְדִי	פִּקְדוּ	פִּקְדְנָה	2.

Futurum.

יִפְקֹד	תִּפְקֹד	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹדְנָה	3.
תִּפְקֹד	תִּפְקְדִי	תִּפְקְדוּ	תִּפְקֹדְנָה	2.
אֶפְקֹד		נִפְקֹד		1.

Participium.

מִפְקָד	מִפְקֶדֶת מִפְקָדָה	מִפְקָדִים	מִפְקָדוֹת

Annotata.

Pro kibbuts etiam *kamets-chatuph* adhibitum, atque ob indageſſabiles *cholem*. Imperativum addere analogia veterisque linguæ ambitus ſualit. Ex activo פָּקַד fit paſſivum פּוֹקַד, ut הוּתַל *deluſus eſt*.

Caput VI.

Species V. *Hiphil*.

Præteritum.

f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m. perſ.*
הִפְקִיד	הִפְקִידָה	הִפְקִיד	3.
הִפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתֶּם	הִפְקַדְתְּ	2.
הִפְקַדְנוּ		הִפְקַדְתִּי	1.

Infinitivus.

הַפְקֵד הַפְקִיד הַפְקָדָה הַפְקָדוֹת

Impe-

Imperativus.

2.	הַפְקֵד	הַפְקִידִי	הַפְקִידוּ	הַפְקֵדְנָה

Futurum.

3.	יַפְקִיד	תַּפְקִיד	יַפְקִידוּ	תַּפְקֵדְנָה
2.	תַּפְקִיד	תַּפְקִידִי	תַּפְקִידוּ	תַּפְקֵדְנָה
1.	אַפְקִיד		נַפְקִיד	

Participium.

מַפְקִיד	מַפְקִידָה מַפְקֶדֶת	מַפְקִידִים	מַפְקִידוֹת

Annotata.

Characteriſtica temporis hic & alibi characteriſticam coniugationis expellit, diciturque יַפְקִיד & מַפְקִיד pro יְהַפְקִיד & מְהַפְקִיד

Chirek & *tſere* promiſcui fere uſus; atque poſt tſere nonnunquam י quieſcens additur, quemadmodum contra ex chirek י aliquando perit, quorum illud pinguiorem, hoc exiliorem ſonum fecit. e. g. הַשְׁמֵיד *perdendo*, Am. IX. 8. מְעַבְרִים *peccare facientes*, 1. Sam. II. 24. &c. Indageſſabiles ſæpe *patach* arceſſunt, ut הַוְשֵׁר *dirige*, ℣. V. 9. prima ו mobili a וְשַׁר; הַרְחֵק *remove longius*, Jobi XIII. 21. תַּשְׁמַע *audire facias*, Jud. XVIII. 25. Rarius *ſcheva* locum occupat, quod Aramæis ſolemne Hebræi non plane reſpuunt, e. g. מַחְלְמִים *ſomniantes*, Jer. XXIX. 8. יַעְשְׁרֵנּוּ *ditabit eum*, 1. Sam. XVII. 25. וַיִּדְבְּקוּ & *perſequuti aſſequutive ſunt.*

Formæ הַפְקֵד in præterito, הַפְקִיד in infinitivo, rariores quidem, ſed bonæ notæ ſunt. Exempla prioris generis 1. Sam. XXV. 7. Eſth. II. 6. poſterioris Deut. VII. 24. Jer. XXXI. 32. &c.

Caput VII.

Species VI. *Hophal.*

Præteritum.

	f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m.*	*pers.*
3.		הָפְקְדוּ	הָפְקְדָה	הָפְקַד	
2.	הָפְקַדְתֶּם	הָפְקַדְתֶּן	הָפְקַדְתְּ	הָפְקַדְתָּ	
1.	הָפְקַדְנוּ		הָפְקַדְתִּי		

Infinitivus.

הָפְקֵד

Imperativus.

2.	הָפְקַד	הָפְקְדִי	הָפְקְדוּ	הָפְקַדְנָה

Futurum.

3.	יָפְקַד	תָּפְקֹד	יָפְקְדוּ	תָּפְקַדְנָה
2.	תָּפְקַד	תָּפְקְדִי	תָּפְקְדוּ	תָּפְקַדְנָה
1.	אָפְקַד		נָפְקַד	

Participium.

מָפְקָד	מָפְקֶדֶת מָפְקָדָה	מָפְקָדִים	מָפְקָדוֹת

Annotata.

Æquum vocali *cholem* atque *kibbuts* ius, e. g. legitur הָמְלַח לֹא הָמְלָחְתְּ, הָשְׁלַךְ & יְשֻׁלַּךְ, &c. *ſaliendo non ſalita es*, Ezech. XVI. 4. Imperativi, quem vulgo omittunt, exemplum הָשְׁכְּבָה *deiicitor*, Ezech. XXXII. 19. & הָפְנוּ *convertimini in fugam*, Jer. XLIX. 8.

Caput

Caput VIII.

Species VII. *Hithpahel.*

Præteritum.

f. Pl.	*m.*	*f.* Sg.	*m.*
הִתְפַּקְּדוּ		הִתְפַּקְּדָה	הִתְפַּקֵּד
הִתְפַּקַּדְתֶּם	הִתְפַּקַּדְתֶּן	הִתְפַּקַּדְתְּ	הִתְפַּקַּדְתָּ
הִתְפַּקַּדְנוּ		הִתְפַּקַּדְתִּי	

Infinitivus.

הִתְפַּקֵּד הִתְפַּקְּדָה הִתְפַּקְּדוּת

Imperativus.

הִתְפַּקֵּד הִתְפַּקְּדִי הִתְפַּקְּדוּ הִתְפַּקַּדְנָה

Futurum.

יִתְפַּקֵּד	תִּתְפַּקֵּד	יִתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקַּדְנָה
תִּתְפַּקֵּד	תִּתְפַּקְּדִי	תִּתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקַּדְנָה
אֶתְפַּקֵּד		נִתְפַּקֵּד	

Participium.

מִתְפַּקֵּד מִתְפַּקֶּדֶת מִתְפַּקְּדִים מִתְפַּקְּדוֹת

Annotata.

Patach pro *tſere* ut in Pihel libere uſurpatur. Ex פֻּקַּד forma leniori illa, de qua ad Pihel dictum, atque deinceps dicetur, fit הִתְפַּקְּדוּ *recenſendos* ſe *dederunt*, Jud. XX. 15. 17.

* *

*

Qui bene iſtas ſpecies tenuerit, ad easdem quoque cæteras illas rariores, quas ab auctore Cl. Schultenſio cognominavimus, facile conformabit: quarum quum tenues hodie ſermonis hebræi reliquiæ non adeo multa exempla, eaque non ex verbis perfectis modo, ſed & imperfectis prodant, de his iunctim &, pro inſtituti ratione, breviter ſub finem libri de verbo agere conſtituimus.

Caput IX.

De verbis *quadrilitteris* perfectis.

Eius generis ſunt בִּרְסֵם ſive בַּרְסֵם *evaſtavit*, פַּרְשֵׁז *expandit*, כִּרְבֵּל *amixit*, &c. Flectuntur ut trilittera in *Pihel*, nam פִּקֵּד pro explicito פִּקְקֵד eſt; atque ſpeciei *Pyhal* reſpondet כְּרֻבַּל *amictus eſt*, unde מְכֻרְבָּל *amictus*, 1. Chron. XV. 27. רִטַּשׁ *revirguit*, Jobi XXXIII. 25. cum ſchevate compoſito pro רְטַשׁ ſive רָטַשׁ. Denique analogia tertiam quadrilitterorum ſpeciem addi iubet, ut הִתְכַּרְבֵּל *ſemet ipſe amixit*. En paradigmatis ſpecimen.

Inf. & Imp.			Præt.	
כַּרְבֵּל	&c.	כִּרְבְּלָה	כִּרְבַּלְתָּ	כִּרְבֵּל I.
Part.			Futur.	
&c. מְכַרְבֵּל		מְכִרְבְּלָה	&c. יְכַרְבֵּל	תְּכַרְבֵּל
Imp.	Inf.		Præt.	
כַּרְבֵּל	כִּרְבֵּל	&c.	כִּרְבְּלָה	כִּרְבַּלְתָּ II.
Part.			Futur.	
&c. מְכֻרְבָּל		מְכֻרְבָּלָה	&c. יְכֻרְבַּל	תְּכֻרְבַּל

Inf.

Inf. & Imp. Præt.

III. הִתְכַּרְבֵּל הִתְכַּרְבְּלָה הִתְכַּרְבַּלְתָּ &c. הִתְכַּרְבֵּל

Part. Futur.

&c. מִתְכַּרְבֵּל מִתְכַּרְבְּלָה &c. יִתְכַּרְבֵּל תִּתְכַּרְבֵּל

Formæ סִבֵּב & קִמֵּם eodem plane modo decurrunt, non tamen huc pertinent; nam trilitterorum ſunt, alteraque ad *defectivum* סָבַב, altera ad quieſcens קוּם referenda, ut deinceps videbitur.

Cæterum compoſitione verba quadrilittera fere fiunt, ſicut רִטְפֵּשׁ *reviruit*, ex רָטַב vel adiectivo רָטֹב *quod recenti ſucco viget*, & פּוּשׁ *præ ſucci copia turgere*; חַרְצֵב unde חַרְצֻב fem. חַרְצֻבָּה *nodus dolorve acerrimus*, cuius plur. חַרְצֻבּוֹת ℣. LXXIII. 4; ex חָרַץ *acriter ſcidit*, & צָבַב *tumuit*, conflatum videtur &c. &c.

Caput X.

De verbo imperfecto, primumque defectivo prima.

Hactenus de verbo perfecto, ſequitur *imperfectum*, quod vel *defectivum* eſt, vel *quieſcens*. Defectivum appellatur, cuius aliqua radicalis inter flectendum ſæpe deficit: uti, quieſcens, cuius aliqua quieſcit.

Dum *imperfectum* verbum dicimus, cave veram id imperfectionem putes, quod ad ſermonis aut ſuavitatem aut copiam comparatum eſt: nil enim aliud eo nomine volumus, quam aliter atque verbum פָּקַד, quod *perfectum* vocari conſuevit, coniugari. Neque tamen id impedit, quo minus & imperfecta generatim verba normam

mam perfectorum ſequi, atque adeo ſine vel defectu vel quiete inflecti poſſint; prout vel euphonia in alterutram partem magis inclinaverit, aut dicendi magiſter uſus iuſſerit.

Deficiens autem verbum vel *prima* radicali, vel *ſecunda* deficit: prima quidem, ſi verbum a נ incipit, ut נָגַשׁ *appropinquavit*; ſecunda, ſi ſecundæ tertia eſt ſimilis, ut סָבַב *circumdedit.*

Adde defectivum *tertia* נ vel ת, de quo deinceps, quanquam ea ſpecies paradigmate non eget.

Verbi defectivi *prima* נ anomalia in eo fere tota conſiſtit, quod נ ſchevatum, ſyllabam claudens, ſequenti radicali per dageſch inſeri amet, non ſecus atque Latini pro *conligo*, dicunt *colligo*, Græci συλλεγω pro συνλεγω. Atque id evenit in futuro *Kal*, præterito & participio *Niphal*, totisque ſpeciebus *Hiphil* & *Hophal.* In reliquis נ vocalem habens ſyllabamque inchoans eliſionem impedit; niſi quod in infinitivo & imperativo *Kal* plerumque excidit.

Verum ut Latini promiſcue ſive *colligo*, ſive *conligo* proferunt, ita Hebræis quoque liberum, verba a נ incipientia etiam ſine defectu & perfectorum adeo more declinare; quod tum vel maxime obtinet, cum radicalis media gutturalis eſt. Ita dicitur יִנְצֹר *ſervabit*, יִנְאַץ *ſpernet*, יִנְהֹם *fremet*, &c. pro יִצֹּר &c.

Infinitivus *Kal.*

נָגוֹשׁ נְגוֹשׁ גּוֹשׁ גְּשֶׁת &c.

Imperativus.

גַּשׁ גְּשִׁי גְּשׁוּ גַּשְׁנָה

Futurum.

Futurum.

יִגַּשׁ תִּגַּשׁ יִגְּשׁוּ תִּגַּשְׁנָה
תִּגַּשׁ תִּגְּשִׁי תִּגְּשׁוּ תִּגַּשְׁנָה
אֶגַּשׁ נִגַּשׁ

Niphal Præteritum.

נִגַּשׁ נִגְּשָׁה נִגְּשׁוּ
נִגַּשְׁתָּ נִגַּשְׁתְּ נִגַּשְׁתֶּם נִגַּשְׁתֶּן
נִגַּשְׁתִּי נִגַּשְׁנוּ

Participium.

נִגָּשׁ נִגָּשָׁה נִגָּשִׁים נִגָּשׁוֹת
נִגָּשֶׁת

Hiphil Præteritum.

הִגִּישׁ הִגִּישָׁה הִגִּישׁוּ
הִגַּשְׁתָּ הִגַּשְׁתְּ הִגַּשְׁתֶּם הִגַּשְׁתֶּן
הִגַּשְׁתִּי הִגַּשְׁנוּ

Infinitivus.

&c. הַגִּישׁ הַגֵּשׁ

Imperativus.

הַגֵּשׁ הַגִּישִׁי הַגִּישׁוּ הַגֵּשְׁנָה

Futurum.

אַגִּישׁ תַּגִּישׁ יַגִּישׁוּ תַּגֵּשְׁנָה
תַּגִּישׁ תַּגִּישִׁי תַּגִּישׁוּ תַּגֵּשְׁנָה
נַגִּישׁ

Partici-

Participium.

מַגִּישׁ מַגִּישָׁה מַגִּישִׁים מַגִּישׁוֹת
מַגָּשָׁת

Hophal Præteritum.

הָגַשׁ הָגְשָׁה הָגְּשׁוּ
הָגַשְׁתָּ הָגַשְׁתְּ הָגַשְׁתֶּם הָגַשְׁתֶּן
הָגַשְׁתִּי הָגַשְׁנוּ

Infinitivus.

הָגֵשׁ

Imperativus.

הָגַשׁ הָגְשִׁי הָגְשׁוּ הָגַשְׁנָה

Futurum.

יָגַשׁ תָּגַשׁ יָגְשׁוּ תָּגַשְׁנָה
תָּגַשׁ תָּגְשִׁי תָּגְשׁוּ תָּגַשְׁנָה
אָגַשׁ נָגַשׁ

Participium.

מָגַשׁ מָגָשָׁה מָגָשִׁים מָגָשׁוֹת
מָגָשָׁת

Annotata.

Prima ל confimiliter eliditur in verbo לָקַח *cepit, accepit;* item in verbis quibusdam prima י, five ו, quemadmodum exempla mox afferenda docebunt.

Infinitivus *Kal* alias quoque formas admifit, ut תֵּת *dare*, cum ה paragogico, ab obfoleto תֵּן rad. נָתַן; fed vulgatius indidem תֶּת, quod contractum ex fem. הֶנֶת

תִּנַּת. שְׂאֵת & שְׂאֵת *tollere*, pro שְׂאֵת ex נָשָׂא, cuius ultima quiescens, unde etiam שְׂוֹא ℣. LXXXIX. 10. קַחַת *capere*, est a לָקַח; item קְחַת־כֶּסֶף *capere argenti* vel *argentum*, 2. Reg. XII. 9. quod ex קָחָה. Huc quoque Cl. Schultensius reduxit formam masc. קָח Ezech. XVII. 5. & קָחֵם Hos. XI. 3. ut & תָּתָה *dare*, 2. Sam. XXII. 41. cum ה paragogico, verum alii praeterita esse autumant per aphaeresin pro לָקַח, לָקְחֵם, נָתַתָּה. Neque ultimum praeterito male convenit.

Imperativus *Kal* formas fert גָּשׁ, גְּשׁ, גְּשׁ. a נָתַן fit תֵּן *da*, cum ה emphatico תְּנָה; קַח *cape*; קָבָה *maledic*, Num. XXII. 11. pro קַב a נָקַב *defixit*, *devovit*. &c.

Futuri temporis sunt יִקַּח *accipiet*, יִתֵּן *dabit*, יִקַּץ *expergiscetur*, pro יִוָּקַץ a וָקַץ sive יָקַץ; וַיִּשְׁרְנָה & *recta ivere*, 1. Sam. VI. 12. pro וַיִּוָּשְׁרְנָה a וָשַׁר, unde & הַוְשַׁר *dirige*, ℣. V. 9. nempe ו characteristi. cum pro ת fem. antiquissimi in futuro usus fuisse dialecti orientales suadent.

Ad *Hiphil* & *Hophal* pertinent הֵקִיף *circumdedit*, הֻצַּג *constitutus est*, a וָקַף & וָצַג &c. &c. הֻנַּתַּק *avulsus est*, perfecte; יֻקַּח *sumetur*, a לָקַח; ita חֻלְּדָת Gen. XL. 20. pro הוֹלֶדֶת, unde plenius חוֹלֶדֶת Ezech. XVI. 4.

Quorum ratio ex verbo perfecto satis patet, hic repetere nolumus.

Caput

Caput XI.

De verbo defectivo media radicali.

Verbum defectivum *media* illud eſt, quod ſecundam tertiæ ſimilem habet, cuiusque anomalia in hoc conſiſtit, quod prior ſimilium excidere, &, ubicunque commodum, poſteriori per dageſch inſeri amet, vocali ſua ad primam radicalem reiecta. e. g. סַבָּב pro סִבַּב, סָבָה &c. סוֹב pro סִבּוּב, סְבִי &c.

Igitur characteriſtica, ſive ſpeciei ſive temporis modique, pro brevi vocali, ut ſyllaba ſibi conſtet, longam accipit, modo *kamets*, modo *tſere*, ſed in *Hophal ſchurek*. e. g. נָסַב pro נִסְבַּב; יֵסֵב pro יִסְבַּב; מֵסֵב pro מַסְבִּב vel מַסֵּבִּיב; הוֹסֵב pro הִסְבִּב. Dein incrementum a fine, ſicubi opus ſit ſyllabam fieri pleniorem, vocali quidem *cholem* in præterito, in imperativo autem & futuro, quieſcente in *ſegol* augeri ſolet. e. g. סְבוֹתָ pro סַבְתָּ ex סַבּוֹתָ; סְבִינָה, תְּסֹבֵינָה, תְּסֹבֵינָה, pro סְבֵנָה &c. ex סְבֹבְנָה &c.

Sed utrumque participium *Kal* & ſpecies dageſſatæ verbi perfecti tenorem conſtanter ſervant: quanquam in hoc verbi genere frequentiores formæ *Pohel*, *Pohal* & *Hithpohel*, ius fere & poteſtatem dageſſatarum, *Pihel*, *Pykal* & *Hithpahel* occuparunt.

Sed & forma *Pihpel*, *Pyhpal* & *Hithpahpel*, quæ loco ſecundæ primam, partim euphoniæ, partim emphaſeos gratia geminant, hic quadrilitterorum more decurrunt, de quibus ſupra Cap. IX. egimus. Itaque exiſtunt

סִבֵּב	סִבַּב	הִסְתַּבֵּב
סוֹבֵב	סוֹבַב	הִסְתּוֹבֵב
סִבְסֵב	סִבְסַב	הִסְתַּבְסֵב

Cæterum ad normam perfectorum huius quoque ordinis verba declinata reperiuntur.

Species *Kal.*

Præteritum.

סַב	סַבָּה	סַבּוּ
סַבּוֹתָ	סַבּוֹת	סַבּוֹתֶם סַבּוֹתֶן
סַבּוֹתִי		סַבּוֹנוּ

Infinitivus.

סֹב סַב

Imperativus.

סֹב	סְבִּי	סְבִּינָה
	סְבוּ	

Futurum.

יָסֹב	תָּסֹב	תְּסֻבִּינָה
תָּסֹב	תָּסֹבִּי	תָּסֻבִּינָה
אָסֹב		נָסֹב

Participia.

סוֹבֵב &c. סָבוּב &c.

Species *Niphal.*

Præteritum.

נָסַב	נָסַבָּה	נָסַבּוּ
נָסַבּוֹתָ	נָסַבּוֹת	נָסַבּוֹתֶם נָסַבּוֹתֶן
נָסַבּוֹתִי		נָסַבּוֹנוּ

Infinitivus.

הִסּוֹב הִסַּב הִסֵּב

Imperativus.

הִסַּב הִסַּבִּי הִסַּבּוּ הִסַּבֶּינָה

Futurum.

יִסַּב תִּסַּב יִסַּבּוּ תִּסַּבֶּינָה
תִּסַּב תִּסַּבִּי תִּסַּבּוּ תִּסַּבֶּינָה
אֶסַּב נִסַּב

Participium.

נָסָב נְסַבָּה נְסַבִּים נְסַבּוֹת

Species *Pobel.*

Præteritum.

סוֹבַב סוֹבְבָה סוֹבְבוּ
סוֹבַבְתָּ סוֹבַבְתֶּם סוֹבַבְתֶּן
סוֹבַבְתִּי סוֹבַבְנוּ

Infinitivus.

סוֹבֵב

Imperativus.

סוֹבֵב סוֹבְבִי סוֹבְבוּ סוֹבֵבְנָה

Futurum.

יְסוֹבֵב תְּסוֹבֵב יְסוֹבְבוּ תְּסוֹבֵבְנָה
תְּסוֹבֵב תְּסוֹבְבִי תְּסוֹבְבוּ תְּסוֹבֵבְנָה
אֲסוֹבֵב נְסוֹבֵב

Participium.

מְסוֹבֵב מְסוֹבֶבֶת מְסוֹבְבִים מְסוֹבְבוֹת

Species

Species *Pohal.*

Præteritum.

סוֹבַב סוֹבְבָה סוֹבְבוּ
סוֹבַבְתָּ סוֹבַבְתְּ סוֹבַבְתֶּם סוֹבַבְתֶּן
סוֹבַבְתִּי סוֹבַבְנוּ

Infinitivus.

סוֹבַב

Imperativus.

סוֹבַב סוֹבְבִי סוֹבְבוּ סוֹבַבְנָה

Futurum.

יְסוֹבַב תְּסוֹבַב יְסוֹבְבוּ תְּסוֹבַבְנָה
תְּסוֹבַב תְּסוֹבְבִי תְּסוֹבְבוּ תְּסוֹבַבְנָה
אֲסוֹבַב נְסוֹבַב

Participium.

מְסוֹבָב מְסוֹבֶבֶת מְסוֹבָבִים מְסוֹבָבוֹת

Species *Hiphil.*

Præteritum.

הֵסֵב הֵסַבָּה הֵסַבּוּ
הֲסִבּוֹתָ הֲסִבּוֹת הֲסִבּוֹתֶם הֲסִבּוֹתֶן
הֲסִבּוֹתִי הֲסִבּונוּ

Infinitivus.

הָסֵב הָסַב

Imperativus.

הָסֵב הָסֵבִּי הָסֵבּוּ הָסֵבִּינָה

Futurum.

יִסֹּב תִּסֹּב יִסֹּבוּ תִּסֹּבְנָה
תִּסֹּב תִּסֹּבִי תִּסֹּבוּ תִּסֹּבְנָה
אֶסֹּב נִסֹּב

Participium.

מֵסֵב מְסֻבָּה מְסֻבִּים מְסֻבּוֹת

Species *Hophal.*

Præteritum.

הוּסַּב הוּסַּבָּה הוּסַּבּוּ
הוּסַּבְתָּ הוּסַּבּוֹת הוּסַּבּוֹתֶם הוּסַּבּוֹתֶן
הוּסַּבּוֹתִי הוּסַּבְנוּ

Infinitivus.

הוּסֵּב

Imperativus.

הוּסַּב הוּסַּבִּי הוּסַּבּוּ הוּסַּבְנָה

Futurum.

יוּסַּב תּוּסַּב יוּסַּבּוּ תּוּסַּבְנָה
תִּיסַּב תּוּסַּבִּי תּוּסַּבּוּ תּוּסַּבְנָה
אוּסַּב נוּסַּב

Participium.

מוּסָּב מוּסַּבָּה מוּסַּבִּים מוּסַּבּוֹת

Species *Hithpohel.*

Præteritum.

הִסְתּוֹבֵב הִסְתּוֹבְבָה הִסְתּוֹבְבוּ
הִסְתּוֹבַבְתָּ הִסְתּוֹבַבְתְּ הִסְתּוֹבַבְתֶּם הִסְתּוֹבַבְתֶּן
הִסְתּוֹבַבְתִּי הִסְתּוֹבַבְנוּ

Infini-

Infinitivus.

הִסְתּוֹבֵב

Imperativus.

הִסְתּוֹבֵב הִסְתּוֹבְבִי הִסְתּוֹבְבוּ הִסְתּוֹבֵבְנָה

Futurum.

יִסְתּוֹבֵב תִּסְתּוֹבֵב יִסְתּוֹבְבוּ תִּסְתּוֹבֵבְנָה
תִּסְתּוֹבֵב תִּסְתּוֹבְבִי תִּסְתּוֹבְבוּ תִּסְתּוֹבֵבְנָה
אֶסְתּוֹבֵב נִסְתּוֹבֵב

Participium.

מִסְתּוֹבֵב מִסְתּוֹבֶבֶת מִסְתּוֹבְבִים מִסְתּוֹבְבוֹת
מִסְתּוֹבֵבָה

Annotata.

Ut in reliquis verbis, ita & hic, vocalis characteristicæ variat. e. g. נִחַר *aduſtus eſt*, ex נִחֲרַר; נִחַל *profanatus eſt*, ex נִחְלַל, unde נִחַלְתְּ pro נִחַלַלְתְּ Ezech. XXII. 16. In illis dageſch implicitum, unde compenſatio orta per *tſere*, ut נֵאָרִים *maledicti*, Mal. III. 9. הֵחֵל *profanari*, Ezech. XX. 9. & תֵּחֵל *profanabitur*, Lev. XXI. 9. quorum iſtud infinitivus, hoc futurum *Niphal* eſt. Ex *Hiphil* nota הֵרַק *comminuere*, 2. Chron. XXXIV. 7. infinitivum formæ הָפֵקִיד, & fut. יְחֵל *profanabit*, Num. XXX. 3. pro יְחַלֵּל Ex *Hophal* הָמְכוּ *attenuantur*, Jobi XXIV. 24. pro הָמְכְּנוּ; הָשַׁמָּה *böſchammá*, *vaſtari*, Lev. XXVI. 34. 35. pro הָשְׁמָמָה inf. cum ה paragogico, aut pro הָשְׁמֵמָה quæ feminina infinitivi forma; inde בְּהָשַׁמָּה *in vaſtari*, ibid 43.

Vides in locis iſtis omnibus, excepto ultimo, defectum mediæ in primam, non in tertiam, ut vulgo ſolet, incubuiſſe; quod in futuris non raro uſu veniſſe intelligimus. e. g. יִתְּמוּ Deut. XXXIV. 8. pro יִתַּמּוּ non יִתְמוּ; יִדְּמוּ pro יִדַּמּוּ non יִדְמוּ; תִּצְּלֶנָה *tinnient*, Jer. XIX. 3. pro תִּצַּלֶּנָה. Hæc quisquis anomala aut a Chaldæis repetita ſtatuit, imprudens opinor errat; nam & iuris antiqui & in ſermonis hebræi divitiis ponenda videntur *.

Immo in prima & tertia ſimul defectum ſecundæ compenſatum nonnunquam reperias, ut יְסֹבְבוּ *circumducent*, חַתֹּתָ *contriviſti* Eſ. IX. 3.

Neque vocalis ſemper eadem ad ſecundam radicalem, nam in præterito *Kal* etiam cholem legitur, רְבוּ *iaculati ſunt*, Gen. XLIX. 23. רָמוּ *in altum ſublati ſunt*, Jobi XXIV. 24. cuius loco *ſchurek* nonnunquam invaſiſſe traditur, ſed dubiis fere exemplis: neque tamen *kibbuts* reiecerim in וְתָרֵץ & *conquaſſetur*, Eccl. XII. 6. וְיָרֵם & *verminavit*, Ex. XVI. 20. In *Niphal patach*, *cholem* & *tſere* in promiſcuo fere uſu, e. g. נָמַס præt. & part. הִמַּס infinitivus a מָסַס &c. In Hiphil pro tſere frequens *patach*, ut הֵמַר *amarum fecit*, מֵצַל *obumbrans*, &c.

Speciei *Pihpel* unum גִּלְגֵּל *volutavit*, pro ſpecimine affero, cuius potior vis, quam aut גָּלַל aut גָּלַל habeat, vel ipſa aure iudice. Inde וְגִלְגַּלְתִּיךָ & *devolvam*

ſequitur, *ſcripſit*; וַיֹּאמֶר & *coepi dicere*, *dixi* *. Tum vero accentus, niſi durior futura pronuntiatio neget, ad præcedentem ſyllabam retrahi ſolet, e. g. וַיֹּאמֶר & *dixit*, וַיֶּאֱסֹף & *collectus eſt*, וַיִּגָּרֶשׁ & *expulit*, וַיִּסֹּב & *circumiit*, וַיָּסֶב & *circumduxit*, וַיֵּלֶךְ & *ivit*, וַיּוֹלֶךְ & *duxit*, וַיָּקָם & *ſurrexit*, וַיָּקֶם & *erexit*; pro וַיֹּאמֶר vel וַיֹּאמֶר, וַיֶּאֱסֹף, וַיִּסֹּב &c.

Sed וַיָּסַר & *receſſit*, item, & *removit*, pro וַיָּסַר & וַיָּסַר peræque. וַיָּעַט & *irruit*, 1. Sam. XXV. 14. a עַיִט unde עַיִט *avis rapax*; ſicut וַיָּעַף & *vertiginem paſſus eſt*, Jud. IV. 21. a עוּף *gyrare*, unde וַתָּרֶץ עָיֵף & *conquaſſavit*, Jud. IX. 53. a רצץ &c.

In his vero ſimilibusque formis retractionem euphonia recuſat, וַיִּכְתֹּב & *ſcripſit*, וַיִּדְבַּר & *loquutus eſt*, וַיֹּאמְרוּ & *dixerunt*, &c. Sed & in prioribus illis retractio non neceſſaria, quippe quæ ab affectu loquentis magis, quam ab illo ו emphatico pendeat. e. g. וַיִּקָּבֵר & *ſepultus eſt*, 1. Reg. XIV. 31. וַתִּשָּׁבֵר & *fracta* eſt, 1. Sam. IV. 18. &c.

Verum in verbis quieſcenbus ultima ה retractionem accentus apocope adiuvat, occurruntque pro יִגְלֶה ſive futuro *Kal*, formæ יִגֶל, יִגַל, יִגַל, יִגַל; e. g. וַיִּרֶף & *remiſit*, וַיִּרָא & *volavit*, וַיִּבְךְ & *flevit*, וַיִּשְׁבְּ & *captivum*

* ה *emphaticum per patach & dageſch præfigi ſolet, cuius extriſi puncta* ו *occupavit.*

captivum duxit. Adde gutturalia, וַיְחַן & *castrametatus est*, וַתַּעַשׂ & *fecit*, וַיָּאָת & *venit*, Es. XLI. 25. וַתִּתַע & *erravit*, Gen. XXI. 14. Neque aliter in reliquis *speciebus* futura decurtantur, ut יִגֶּל pro יְגַלֶּה, יִגַּל pro יְגַלֶּה &c. Sed יְגַלֶּה in *Hiphil* abit in יִגֶּל & יִגַּל, cuiusmodi וַיַּרְא & *videre fecit*, semel 2. Reg. XI. 4. alias semper & *vidit* ex *Kal*, pro יִרְאֶה cum *patach* ob litteram ר; ex *Hiphil* porro וַיַּטֵּל & *obtulit*, per geminum *patach* ob gutturalem. Ex *Hithpahel* notari meretur וַיִּשְׁתַּחוּ & *humi prostratus adoravit*, pro יִשְׁתַּחֲוֶה. Verum ab הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit*, fit יְהִי, יְחִי; in pausa יְהִי, יְחִי; ut וַנְּהִי & *fuimus*, וַיְחִי & *vixit*. Itaque non raro evenit, ut in verbis dupliciter imperfectis nonnisi una radicalis compareat, e. g. וַיִּז & וַיִּזַּ & *sparsus est*, proprie *prosiluit*, pro יִזֶּה ex נָזָה; וַאֵךְ & *percussi*, pro אַכֶּה a נָכָה

Veruntamen & sine ן *emphatico* eædem illæ futuri formæ, per accentus retractionem & apocopen, sæpe usurpantur, quum quid vetatur, iubetur, in votis, deprecationibus, aut sicubi maiori aliquid vi & animo enuntiatur, asseveratur, promittitur. e. g. אַל – תּוֹכַח *ne redarguas*, Prov. IX. 8. אַל -- תּוֹסֵף *ne addas*, Prov. XXX. 6. אַל -- תֵּט *ne declines*, pro תַּטֶּה a נטה, אַל -- נָא יֵחַר *ne quæso exardescat*, ab חרה; יֵרֶא *videat*, יְהִי *sit*, יְחִי *vivat*, & *vivet sane*, רֵעָזֵב *derelinquatur*, Jobi XVIII. 4. &c. Imperativus easdem formas usurpat, e. g. הִשָּׁמֶר *cave*, גַּל *revela*, pro גַּלֵּה; הִרֵב *multiplica*, pro הַרְבֵּה; הַךְ *percute*, pro הַכֵּה &c.

Quem-

Quemadmodum ו per patach & dageſch ex futuro præteritum, ita ו contra ex præterito plerumque futurum facit, & *converſivum* præteriti appellatur; e. g. וְהָיָה & *erit*, vel *fuerit*, ut æquiparet *exactum*, quod dicitur, coniunctivi: atque eadem, quam in futuro diximus, libertate, affectu invitante, accentum non quidem retrahit, ſed ad ultimam removet, ut וְשָׁמַעְתָּ & *audies*, vel *audiveris*; וְשַׁבְתָּ & *reverteris*, pro שָׁמַעְתָּ & שָׁבְתָּ

ב Præterea ן *emphaticum* ſæpe futuro additur, ut תִּשְׁמָעוּן *auſcultabitis*, in pauſa תִּשְׁמָעֻן accentu ad ultimam manente *.

Talia יְרוּיִן *rigabuntur*, Pſ. XXXVI. 9. תְּחִילִין *parturis*, Eſ. XLV. 10. &c. atque eiusdem generis eſſe videtur יְחִיתֶן *imminebit*, Hab. II. 17. ab חָיִת ſive חוּת *imminuit* avis vel fera *in prædam*, *invaſit ex inſidiis*. Sed & ante affixa *Nun* illud non raro manet, ut יִצְּרֶנְהוּ *cuſtodiet eum*, אֶתֶּקְךָ *evellam te*, יִמְצָאוּנָהּ *invenient illam*, Jer. II. 24. יִמְצָאֻנְנִי *invenient me*; ex יִצֹּר ab יִצְּרֶן, אֶתֵּן &c. aut alteri נ inſeritur, ut תְּבָרְכֻנְנִי *benedicat mihi*, Gen. XXVII. 31. ex תִּבְרְכֶן; אַכֶּנּוּ *percutiam eum*, תְּמֹגְגֶנָּה *liquefacias eam*, Pſ. LXV. 11. pro אַכֶּנְהוּ, תְּמֹגְגֶנָּה: atque id adeo frequens in hoc pronomine, ut נּוּ & נָּה etiam ſine emphaſi, maximè in particulis, de quibus infra, dici coeperit. His vicina ſunt תְּהֵימֶנָּה *perſtrepent*, Michæ II. 12. תְּרֶאֶינָּה *videbunt*, ibid. VII. 10. pro תְּרֹאֶינָה, תְּהֵימִינָה &c. Denique idem *Nun* in aliarum etiam litterarum ſonum

* *Vide ſuprà lib. I. cap. ultimo, pag. 26.*

num per dageſch colliqueſcit, e. g. יִסַּעֲרֶךָּ *fulciat te*, Pſ. XX. 3 יִכֶּכָּה *percutiet te.*

Sed & aliis temporibus nonnunquam *emphaticum Nun* adiicitur, ut וְתִתֶּן *dare*, 1. Reg. VI. 19. pro תֵּת ex לְיַסֶּרְךָ; תֵּתֵנֵת *ad erudiendum te*, Deut. IV. 36. קַבְּנוֹ *execrare* eum, Num. XXIII. 13. pro קָבְנוֹ ex קָבַן a קב; יִרְעוֹן *noverant*, Deut. VIII. 3. דָּנַנִי *indicavit me*, Gen. XXX. 6. עֹנֶךָּ *reſpondens tibi*, Jobi V. 1. &c.

ג Cæterum & ה emphaticum verbis frequentiſſime additur, ut אֶשְׁמְרָה & in pauſa אִשְׁמְרָה ab אֶשְׁמֹר *obſervabo*, &c. ſed de hoc infra in particulis dicendi locus erit.

Liber III.

De *nomine*, & quod eius vicem præſtat, *pronomine.*

In *nomine* conſideranda ſunt *ſeptem*, forma, qualitas, genus, motio, numerus, caſus & regimen.

Caput I.

De forma nominum.

Nomina ex verbis fiunt

א ſervatis tribus, iisque ſolis, radicalibus, ut מֶלֶךְ *rex* a מָלַךְ *regnavit*, נָהָר *fluvius* a נָהַר *fluxit.*

ב Detracta radicali, sive per defectum, sive per quietem, ut לֵב *cor* a לבב, נֵר *lucerna* a נִיר, יָד *manus* ab ידה

ג Addita servili, ut מִשְׁכָּן *habitaculum*, a שָׁכַן *habitavit*, שֻׁלְחָן *mensa* a שָׁלַח, תִּפְאֶרֶת & תִּפְאָרָה *ornamentum*, *decus*, a פאר

ד Detracta simul radicali & addita servili, ut מַסָּב *circuitus* pro מִסְבָּב a סבב *circumiit*, עֵדָה *coetus* a יָעַד *condixit*.

Igitur nomen verbo posterius est natura, nisi infinitivum pro nomine putes, cuius species quædam est; nam ab infinitivo verbi tempora, a verbo nomen factum *. Quanquam verba quædam ex suis nominibus oriuntur, ut ab אֹזֶן *auris* fit הֶאֱזִין *advertit*, *præbuit aurem*; ea tamen lege, ut אזן non ipsa sit radix, quippe ab obsoleto verbo אָזַן repetendum. Ita ex אֶלֶף *mille* natum הֶאֱלִיף *decies centena produxit*, sed אֶלֶף vicissim ab אָלַף *iunxit*, est quasi minorum summarum in unam maiorem *coniunctio*.

Verum non modo ex prima verborum specie *Kal*, eiusque temporibus diversis, sed & ex reliquarum temporibus nomina formantur, derivationis suæ naturam & vim peculiarem quandam servantia: licet, quod in omnibus linguis solet, significationes varie propagentur, ex primaque aliæ, iterumque aliæ, ab origine plus minusve remotæ, subnascantur.

Ita ex *Niphal* est נִפְתּוּל *luctatio*, a נפתל *luctatus est* inflexis *intortis*que invicem membris, radix פָּתַל *torsit*, *intorsit*.

* *Vide supra lib.* II. *cap.* I. *ubi de infinitivo.*

Ex *Pibel* plurima nomina, e. g. גַּנָּב *fur*, חָרָשׁ *faber* pro חָרַשׁ; אַדִּיר *magnificus*, גִּבּוֹר *prævalidus*, עָקֹשׁ *contortus*, *distortus*, עִקְּשׁוּת *perversitas*. In his *Species* intentionem, in illis habitum usumque affert.

Ex *Pybal* סֻלָּם *scala*, סִבֻּל *onus*, quod proprie infinitivus sive nomen verbale est, *onerari*.

Ex *Hiphil* copia, e. g. מַפְתֵּחַ *clavis*, מַבּוּעַ *scatebra*, a נָבַע *ebullivit*.

Ex *Hophal* מוֹסָב *ambitus* a סבב &c.

Ex *Hithpahel* הִתְחַבְּרוּת *consociatio*, תְּפִלָּה *oratio* ex הִתְפַּלֵּל, ut תְּחִנָּה *supplicatio* ex הִתְחַנֵּן

Eodem modo & cæteræ, quibus diu grammatica hebræa caruit, *Species* sua pepererunt nomina. e. g. *Pihpel* dedit גַּלְגַּל *rota*, a גִּלְגֵּל *volutavit*, quod ex גָּלַל *volvit*, &c.

Ex *Pyhpal* כּוֹכָב *stella*, quasi כָּבְכָּב a כָּבַב *convolvit in glomum globumve*.

Ex *Pehalhal* חֲלַקְלַק *summe glaber lævisve*, a חָלַק *glaber*, *lævis fuit*; עַקְלְקַל *admodum tortuosus*, &c.

Ex *Pihlel* רַעֲנַן *late perpetuoque virens*.

Ex *Schaphhel* שַׁלְהֶבֶת *flagrantia*, *flamma vehemens*.

Sed reliqua usus dabit, ad ea, quæ hic & capite I. de verbo præcepimus, exigenda.

Dein quemadmodum a verbo nomina, ita a nominibus quoque, ut ut rarius, *denominativa* fiunt, quorum exempla quædam post paullo adducenda.

Itaque

Itaque formæ nominum vel *nudæ* ſunt, vel *auctæ* ſivè *heemanticæ*, ubi præter radicales una pluresve litterarum הָאֲמָנְתִי adduntur.

Quarum litterarum aliæ ex verbi temporibus *ſpecie-bus*que, ſicuti vidimus, aliæ aliunde accedunt; qualisque forma, talis plerumque ſignificatio eſt. Ita e. g. ex participio activo *actoris* maxime, ex paſſivo *adiectiva* nomina fiunt, ut עוֹשֶׂה *faciens* & *factor*, אוֹרֵב *inſidiator*; עָצוּם *validus*, *robuſtus*, קָלוּט *contractus*, *curtus*, *mancus*.

Infinitivus pro nomine verbali & *actionis* eſt.

Formæ מִפְקָד, מַפְקֵד &c. *locum tempus*que agendi, item *inſtrumentum materiamve*, quo vel in qua agitur, dicere ſolent. e. g. מִשְׁכָּן *locus habitandi*, *tabernaculum*; מַעְיָן *locus fluendi*, *fons*, a עָיַן *fluxit*; מוֹשָׁב *locus tempusque ſedendi habitandive*, pro מוֹשֵׁב; מָקוֹם *locus tempusque ſtandi*, *locus*, pro מְקוֹם; מִזְרָק *inſtrumentum ſpargendi*, *pelvis*, *crater*, a זָרַק *ſparſit*; מִזְרֶה *inſtrumentum ventilandi*, *ventilabrum*, a זָרָה *ſparſit*, *ventilavit*. מִפְעָל *molimen*, מַעֲשֶׂה *opus*, מַשָּׂא *onus*, מִכְתָּב *ſcriptum*.

In forma אַפְקֵר vis *ſuperlativa* aut *comparativa* ineſt, ut אַכְזָב *mendaciſſimus*, *mendacior*; אַכְזָר *violentiſſimus*, *crudeliſſimus*, a כָּזַר *fregit rupitve*; אֵיתָן *perennis*, a יָתַן *perpetuo tenore vigoreque fuit*.

Forma פִּקְדִי in *patronymicis*, *gentilibus* & *poſſeſſivis* &c. frequentatur, ut עִבְרִי *Hebræus* ab עֵבֶר pronepote Semi; מִצְרִי *Ægyptius*; מְרִירִי *amarulentus*, a מָרִיר *amarus*.

ם In fine additum *copiam* ſignificare, & *collectiva* facere ſolet, ut בְּנִים *pediculorum multitudo*, a בֵּן *pediculus*, rad. כנן *fovit*, *confovit*; מְתִם *homines*, a מתה ut videtur. Cætera prætermittimus.

Nomina denique *ſimplicia* pleraque, pauca *compoſita*, ut צַלְמָוֶת *umbra mortis.*

Caput II.

De qualitate nominum.

Nomina alia *ſubſtantiva*, alia *adiectiva*; quorum illa vel *propria* ſunt, ut יְהוָה *Jehova*, מֹשֶׁה *Moſes*; vel *appellativa*, ut אֱלוֹהַ *Deus*, מֶלֶךְ *rex*, עֶבֶד *ſervus*. *Adiectiva* ſunt גָּדוֹל *magnus*, צַדִּיק *iuſtus*, עִבְרִי *hebræus*, שְׁלִישִׁי *tertius*.

Ex adiectivis ſubſtantiva ſunt orta plurima per ellipſin, ut נָשִׂיא *elatus*, inde *princeps*, בְּהֵמָה *bruta*, inde *beſtia*. Talia Latinorum *ſerpens* pro *ſerpente* beſtia, *bidens* pro ove *bidente*, &c.

Caput III.

De genere nominum.

Nominum *genus* vel *maſculinum* vel *femininum* eſt, noſciturque tam ex *ſignificatione* quam ex *terminatione*.

Significatione *maſculina* ſunt nomina virorum, aut quæ virorum ſunt; populorum, fluviorum, montium & menſium. e. g. דָּוִד *David*, שַׂר *prin-*

princeps, אֱדוֹם *Idumæi*, יַרְדֵּן *Jordanes*, לְבָנוֹן *Libanus*, נִיסָן *Martius.*

Terminatio feminina nil obſtat, ut פֶּחָה *præfectus*, proprie *præfectura*; אֲבָנָה *Abana*, qui & *Amana*, Damaſci fluvius, undo טוֹב אֲבָנָה *bonus Abana*, 2. Reg. V. 12. ea *ſyntheſis* eſt, quam vocant, cuiusmodi Latinorum *corniger* Moſella, pro, corniger fluvius Moſella, &c.

Significatione *feminina* ſunt nomina mulierum, aut quæ mulierum ſunt; regionum, urbium; item pleraque membrorum corporis, maxime geminorum. ut מִיכַל *Michal* filia Saulis, פִּילֶגֶשׁ παλλακὴ, *pellex*, מִצְרַיִם *Ægyptus*, שֹׁמְרוֹן *Samaria*, בֶּטֶן *venter*, אֹזֶן *auris.*

A primo parente non modo populus, ſed & *terra* fere nomen habet, quare non mirum incidere, ut illud hic maſculino, illic femineo nonnunquam genere uſurpetur. e. g. מוֹאָב *Moabitæ* & *Moabitis*, אֱדוֹם *Idumæi* & *Idumæa.*

Terminatione *feminina* ſunt, quæ in ה aut ת *ſervile* exeunt, ut צְדָקָה *iuſtitia*, תִּפְאָרָה & תִּפְאֶרֶת *decus*, זִמְרָת *canticum*, דַּעַת *ſcientia* ab יָדַע, גָּלוּת *exilium*, בְּרִית *foedus.* Quæ aliter terminantur, fere *maſculina* ſunt.

Excipe *feminina* אֶבֶן *lapis*, בְּאֵר *puteus*, &c. &c. item *communia* בֶּגֶד *veſtis*, חָצֵר *atrium*, &c. &c. cuiusmodi membra nonnulla corporis, v. g. לָשׁוֹן *lingua*,

מֵצַח *frons* *. *Epicoena* denique animalium fere nomina, ſub altero genere utrumque complexa, ut עֹרֵב maſc. *corvus*, mas & femella, יוֹנָה fem. *columba* & *columbus*. De genere numeralium commodius alibi.

Neutro genere Hebræi carent, niſi quod in adiectivis aliquando maſculinum, ſed ſæpius femininum pro neutro eſt, ut טוֹב *bonus* & *bonum*, טוֹבָה *bona* & *bonum*.

Caput IV.

De motione nominum.

Motione ex maſculino fit *femininum*, addita ſervili ה vel ת, eaque adiectivorum maxime eſt & participiorum. e. g.

טוֹב *bonus*,	טוֹבָה *bona*.
גָּדוֹל *magnus*,	גְּדוֹלָה *magna*.
פּוֹקֵד *viſitans* maſc.	פּוֹקֶדֶת & פּוֹקְדָה fem.

Quæ in י *heemanticum* exeunt, hoc modo moventur, תַּחְתִּי *inferior*, *infimus*, תַּחְתִּיָּה & תַּחְתִּית *inferior* & *infima*; עִבְרִי *hebræus*, עִבְרִיָּה & עִבְרִית *hebræa*.

Sed

* *Nomina membrorum, ſive in homine, ſive in animantibus reliquis, pleraque feminina, nonnulla maſculina, communia numero pauciora quam vulgo traduntur: nam qui* רֶגֶל pes, יָד manus, *ſimiliaque pro communibus venditant, ambigua ſtructura decepti videntur.*

Sed & in ſubſtantivis non infrequens motio, ut

מֶלֶךְ *rex*,	מַלְכָּה *regina.*
אִישׁ *vir*,	אִשָּׁה & אֵשֶׁת *mulier.*
שִׁיר *canticum*,	שִׁירָה idem.

Nota ה quieſcens in motione perire, ut ex גּוֹלָה fit fem. גּוֹלָה

Caput V.

De numero nominum.

Numerus nominum vel *ſingularis*, vel *pluralis*, vel *dualis* eſt. Pluralis *maſculinorum* in ים exit, ut

דָּבָר *verbum*,	דְּבָרִים *verba.*
מֶלֶךְ *rex*,	מְלָכִים *reges.*
טוֹב *bonus*,	טוֹבִים *boni.*
תַּחְתִּי *inferior*	תַּחְתִּים & תַּחְתִּיִּים *inferiores.*

Fcminorum in ות, ut

צְדָקָה *iuſtitia*,	צְדָקוֹת *iuſtitiæ.*
בְּהֵמָה *beſtia*,	בְּהֵמוֹת *beſtiæ.*
טוֹבָה *bona*,	טוֹבוֹת *bonæ.*
תַּחְתִּיָּה *inferior*;	תַּחְתִּיּוֹת *inferiores, ima.*

Dualis rarior exit in ים, formaturque a maſculinis & femininis, ut

יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *biduum.*
עַיִן *oculus*, עֵינַיִם *duo oculi.*
שָׂפָה *labium*, fem. שְׂפָתַיִם *bina labia.*

Raro maſculina pluralia terminantur in יִן ut מְלָכִין *reges*, Prov. XXXI. 3. חַיִין *vita*, Jobi XXIV. 22. forma antiquiſſima.

Sunt pluralia maſculina, quæ accentu retracto dualem numerum imitantur, שָׁמַיִם *ſublimia*, *regiones ſublimiores*, *coeli*, a שמי vel שמה *ſublimis fuit*; מַיִם *aquæ* a ſing. inuſitato מִי rad. מיי, מיו, מיה; יְרוּשָׁלַיִם *Hieroſolyma*, forte יְרוּשׁ שָׁלַיִם *poſſeſſio tranquillorum*, a שלי vel שלה. Nempe ipſa forma accentum reducere ſuaſit.

Formæ plurales a ſingularibus femininis in וֹת & יֹת hoc modo habent, מַלְכִיּוֹת a מַלְכוּת *regnum*, זְנוּתִים a זְנוּת *ſcortatio*, rad. זנה, חֲנִיתִים & חֲנִיתוֹת ab חֲנִית *haſta*, *rad.* חָנָה *clinavit*, *inclinavit*, &c. *

Sunt pluralia, quæ non apte a ſuo ſingulari formata videntur, ut אֲמָהוֹת *ancillæ*, ab אָמָה rad. אמה; מְנָיוֹת & מְנָאוֹת *portiones*, a ſing. מָנָה; קְצָוֹות *extremitates*, a ſing. קָצָה. Reſtituantur antiqua ſingularia, אַמְהָה ab אָמָה, מְנִי cum fem. מְנִיָה, קָצוֹ cum fem. קָצָוָה a קָצָו, unde קָצָה, & omnia plana erunt. Ita בָּנִים *filii* ex obſoleto בָּן, pro quo בֶּן invaluit; בָּנוֹת *filiæ* ex בָּנָה, unde בַּת contracte בַּת *filia*; אֲחָיוֹת *ſorores* ex אֲחָיָה i. q. אֲחָוָה, unde אֲחָוֹת contr. אֲחוֹת *ſoror*, ab אחי vel אחו *coniunctus eſt*; hinc אָח *frater*, *propinqua conſanguinitate iunctus*, &c. &c.

Sunt

* *Conſimiliter in* שִׂפְתוֹת labia, *remanſit* ת *ex* שִׂפְתַיִם *duali*, *cuius ſingularis* שָׂפָה

Sunt pluralia terminatione feminea a ſingularibus terminationis maſculinæ & viciſſim, e. g.

אָב	*pater*,	אָבוֹת	*patres.*
קוֹל	*vox*,	קוֹלוֹת	*voces.*
בֵּיצָה	*ovum*,	בֵּיצִים	*ova.*
אִשָּׁה	*mulier*,	נָשִׁים	*mulieres.* &c.

Scilicet אָבוֹת pro אֲבָוֹת eſt ex אֲבָוה *paternitas*, rad. אבו; niſi malis contractum dicere ex plurali אֲבָוֹת *paternitates*, inde *patres.* Neque ſolum קוֹל veteribus uſitatum, ſed & קוֹלָה, unde geminus pluralis קוֹלִים & קוֹלוֹת; quemadmodum nec בֵּיצָה ſolum, ſed & בֵּיץ vel בֵּוץ, unde בֵּיצִים & בֵּיצוֹת promiſcue a בֵּיץ vel בּוּץ *album eſſe.* Denique נָשִׁים non ſexum proxime, ſed quaſi homines *oblivioſos* dicit, a participiali forma נָשֶׁה rad. נָשָׁה *oblitus eſt*: ſicut contraria ratione *mas* זָכָר dictus a *memoria.* Idem de reliquis eiusdem generis iudicium.

Sunt quoque nomina, quæ tantum vel ſingulari, vel plurali, vel duali numero leguntur. e. g.

זָהָב	*aurum*,	יַיִן	*vinum*, &c.
נְעוּרִים	*pueritia*,	עֲלוּמִים	*adoleſcentia.*
בְּחוּרִים	*iuventus*,	זְקֵנִים	*ſenectus.*
חַיִּים	*vita*,	פָּנִים	*facies*, &c.
מָתְנַיִם	*lumbi*,	מִכְנָסַיִם	*braccæ*, &c.

Cuius licet rei bona plerumque ratio dici poſſit, male tamen inde colligeres, numerum deficientem ſemper abfuiſſe, neque linguæ naturam admiſiſſe: nam ſicuti a כֶּסֶף *argentum*, legitur כְּסָפִים, ita eodem iure זְהָבִים a זָהָב *aurum* uſurpari potuit; neque יַיִן *vinum* pluralem magis reſpuit, quam Latinonum *vinum*, unde *vina.* Ita בְּחוּרִים primum *lectæ ætatis homines*, poſt ipſam il-

lam *ætatem* per metonymiam dixit, ad quam formam & נְעוּרִים, זְקוּנִים &c. facta ſunt * Poſtremo חַיִּים & פָּנִים ſuas habent partes, quibus ſignificandis aptus numerus multitudinis, quorumque illud oritur a ſingulari חַי *vivus*, hoc ab obſoleto פָּנָה *obvertens ſe, reſpiciens*, unde פָּנִים *partes obverſæ.*

Quod autem ad vocalium mutationem, ſive in nominibus generatim, ſive in *ſegolatis* ſpeciatim attinet, quam vel *motio* vel *numerus* affert, ea tota fere ex ultimo capite libri I. diſcitur. Id unum hoc loco monendum cenſemus, ſegolata nomina uti in maſculino plurali formam communem פְּקָדִים ſequuntur **, ita eandem in femininis retinere. e. g. מְלָכִים *reges* a מֶלֶךְ; מְלָכוֹת *reginæ* a מַלְכָּה, עֲלָמוֹת *virgines* a עַלְמָה cuius maſc. עֶלֶם *adoleſcens*; חָרְבוֹת *vaſtitates* a חָרְבָּה ex חָרֵב. †
Quam formam dualis quoque, ſed rarius imitatur, e. g.

דַּלְתַּיִם *valvæ*,	pro	דַּלְתִּים	a	דֶּלֶת *ianua.*
דְּרָכַיִם *bivium*,	pro	דַּרְכִּים	a	דֶּרֶךְ
קַרְנַיִם *cornua*,	pro	קַרְנַיִם	a	קֶרֶן

Caput

* *Contra Latinorum* iuventus, ſenectus, *ab ætate ad homines ætatis eiusdem translata ſunt.*

** *Rariores formæ* פְּקֻדִּים, פַּקְדִּים *&c. ut* רְחַמִּים viſcera, miſeratio vel miſerationes, *a* רֶחֶם & רַחַם uterus; עֶשְׂרִים viginti, *a* עֶשֶׂר decem, *&c. huc pertinent ex ſegolatis per quietem contractis*, זֵיתִים oleæ, מוֹתִים mortes, *&c.*

† *A* מִרְמָה fraus, *fit* מִרְמוֹת, *non enim ſegolata vox, ſed heemantica eſt a* רמה; *tale* מִצְוָה *&c. at* מִנְחָה donum, *in ſegolatis annumerandum, a* מָנָה donavit, *habetque plurale* מִנְחוֹת *in ſtatu conſtructo* מִנְחוֹת

Caput VI.

De caſu nominum.

Caſus terminatione non diſtinguuntur, quemadmodum apud Græcos Latinosque, ſed ex ipſo orationis contextu vel particulis additis dignoſcuntur.

Nominativus ſponte pateſcit.

Genitivum arctior vocum ſtructura indicat, ut מַיִם ־ פַּלְגֵי vel פַּלְגֵי מַיִם *rivi aquarum*, ex רוּחַ אֱלֹהִים ; פְּלָגִים *ſpiritus Dei.*

Dativo ל præmittitur, ut לְמֶלֶךְ *regi.*

Accuſativum fere particula אֵת facit, אֵת אֲשֶׁר פָּרָיו הַשָּׁמַיִם *coelos*; aut verbum tranſitivum יִתֵּן *quæ fructum ſuum dabit*, Pſ. I. 3. aut præpoſitiones אֶל *ad*, עַל *ſuper*, &c.

Vocativus contextu proditur, lubenterque ה demonſtrativum admittit, הַמֶּלֶךְ *o rex!*

Ablativus ex præpoſitionibus מִן *ex*, *ab*, עִם & אֵת *cum*, עַל *ſuper*, ב *in*, &c. cognoſcitur.

Nota genitivum non raro circumſcribendo fieri, שְׁלִשְׁלֹמֹה אֲשֶׁר לִשָּׁאוּל *qui Sauli* eſt, pro Saulis; brevius שְׁלֹמֹה *qui Salomoni* eſt, Salomonis; breviſſime לְדָוִד qui *Davidi* eſt, Davidis.

Ablativus ſæpe ellipſin patitur, e. g. בָּל ־ הַיּוֹם *toto die*, pro בְּכָל ־ הַיּוֹם

Caput

Caput VII.

De regimine nominum.

Quum nomen ob ſequentem genitivum variatur, is ſtatus *conſtructus*, *regiminis*ve appellari, ſtatuique *abſoluto* opponi ſolet. e. g. דְּבַר אֱלֹהִים *verbum Dei*, ubi דִּבְרֵי in ſtatu conſtructo eſt pro abſoluto דָּבָר

Equidem Græci Latinique in hac nominum ſtructura poſterius, Hebræi prius mutant, neque res ratione caret: nam caſus terminatione diſtinctos illi habent, quos hi ignorant; hi arctius cohærentia ſenſu nomina etiam citatiori pronuntiatione coniungunt, ut ſponte vox prior, formâ levior facta, variati ſenſus indicium fecerit. Id fit ſecundum regulas maxime ſequentes.

1. Status conſtructus vocem allevat, longasque vocales facile mutabiles breves facit, aut plane tollit.

Nam breves, aut longæ mutatu difficiliores, manere ſolent. Quo pertinent ſegolatæ formæ פֶּקֶד, פִּקְּי &c.

2. Igitur *Kamets* ultimæ ſyllabæ in *Patach*, penultimæ in *Scheva* fere abit.

דְּבַר אֱלֹהִים *verbum Dei*, ex דָּבָר
זִקְנֵי מוֹשַׁב *conſeſſus ſeniorum*, a מוֹשָׁב
גִּבְעוֹת חֲצִיר *herba tectorum*, ab חָצִיר

Excipiuntur voces breviores formæ פָּקֹד, ut כְּתָב *ſcriptum*, שְׁאָר *reliquum*, &c. quo pertinent feminina in ת ut מְנָת *portio* pro מָנָה; item alia, in quibus vel derivatio, vel viva pronuntiatio, vocalem *kamets*, ſive ultimæ, ſive penultimæ etiam ſyllabæ, ſervari ſuaſit, quæ uſu diſcenda prætermitto.

Citantur

Citantur חֵלֶב עִזִּים *lac caprarum*, הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*, לְבָן — שִׁנַּיִם *albus dentium*, tanquam ab חָלָב, הָבָל, לָבָן; sed ab obsoletis חֵלֵב, הֵבֵל, לֵבֵן, quæ forma participialis frequentissima, derivari convenit.

3. Consimiliter *Tsere* syllabæ ultimæ in *Patach*, penultimæ in *Scheva* mutatur, sæpe tamen utrobique manet.

יִתְדֹ הָאֹהֶל	יְתֵדֹ	*clavus tentorii*, a יָתֵד
כְּבַדֹ לָשׁוֹן	כְּבֵדֹ	*gravis linguæ* vel *lingua*, a כָּבֵד
לְבַבֹ אִישׁ	לְבֵבֹ	*cor viri*, ex לֵב
מַקֹל לִבְנָה	מַקֵל	*virga populi.*
מַקֹל שָׁקֵד	מַקֵל	*virga amygdalæ.*
גְּזֹלַת הֶעָנִי	גְּזֵלַת	*rapina pauperis.* *

4. *Segol* aute ה quiescens in *Tsere* mutatur.

מְכֹנַה בָקָר	מְכֵנַה	*pecus boum.*

5. Sed ה femininum in ת mutatur.

צְדָקַת הַצַּדִּיק	צְדָקַה	*iustitia iusti*, ex צְדָקָה
מַמְלֶכֶת עוֹג	מַמְלָכַה	*regnum Ogi*, ex מַמְלָכָה

Nempe in exemplo priori præter hanc, & regula 2. obtinet.

6. Terminatio pluralis in יִם & dualis in יִַם contrahuntur in ַי.

דִּבְרֵי צַדִּיקִים	דִּבְרִי	*dicta iustorum*, ex דְּבָרִים
זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל	זִקְנֵי	*seniores Israelis*, ex זְקֵנִים
יְדֵי אָדָם	יְדֵי	*manus hominis*, ex יָדַיִם
		ambæ manus. **

7. Se-

* *Sed ex* בֵּן filius *fiunt constructa* בֵּן & בֶּן

** *Pro* ַי *veteres* ָי *nonnunquam sonabant, ad dialectum arabicam*

7. Segolata nomina ſuas leges ſequuntur. *

מַלְכֵי *reges*, ex מְלָכִים a מֶלֶךְ
מַלְכוּת *reginæ*, ex מְלָכוֹת a מַלְכָּה
&c. &c.

8. Sed formæ פַּיִד & פָּיִד in פַּיִד & פָּיד mutantur.

עֵין יְהוָה *oculus Domini*, ex עַיִן
מוּת יְשָׁרִים *mors iuſtorum*, ex מָוֶת **

Sunt tria nomina, אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *ſocer*, quorum ſtatus conſtructus אֲבִי, אֲחִי, חֲמִי, ubi primigenium, ex ſuis radicibus redit, אָבִי *benevolus fuit*, אָחִי *coniunctus eſt*, חָמִי *tutatus eſt.* Neque aliter habet conſtructum פִּי ex פֶּה *os*; nam ex obſoleto פִּיִי pro more fiat פִּיִי inde פִּי; nec minus ex eodem פִּיִי pro more fiat פִּיָה inde פֶּה †

Denique alius etiam ſtatus conſtructus *affixi* dicitur, quum nomen pronomina iisdem fere legibus ſuffixa patitur, de quo deinceps.

Caput

bicam proprius; *e. g.* תְּקָעוּ clangentes Joſ. VI. 9. שְׂנָאוּן exoſi 2. Sam. V. 8. יְדוֹ manus Ezech. I. 8. *Ex duali* מַיִם aqua *fiunt* מַיְמִי & מֵימֵי *geminatum, ut minuta vox plenior exeat.*

* & ** *vide append. cap. ult. lib.* I.

† *Plurales formæ* פִּיפִיּוֹת, פִּיּוֹת, פִּים

Caput VIII.

Exempla ad capita IV. V. VII.

Adiectiva.

	magnus.			
absol.	גָּדוֹל	גְּדוֹלָה	גְּדוֹלִים	גְּדוֹלוֹת
constr.	גְּדוֹל	גְּדוֹלַת	גְּדוֹלֵי	
	hebræus			
	עִבְרִי	(עִבְרִיָּה / עִבְרִית)	(עִבְרִיִּים / עִבְרִים)	עִבְרִיּוֹת

* * * * * *

	humilis.			
A.	שָׁפֵל	שְׁפָלָה	שְׁפָלִים	שְׁפָלוֹת
C.	שְׁפַל	שִׁפְלַת	שִׁפְלֵי	שִׁפְלוֹת
	gravis.			
A.	כָּבֵד	כְּבֵדָה	כְּבֵדִים	כְּבֵדוֹת
C.	כְּבַד	כִּבְדַת	כִּבְדֵי	כִּבְדוֹת
	pollutus.			
A.	טָמֵא	טְמֵאָה	טְמֵאִים	טְמֵאוֹת
C.	טְמֵא	טִמְאַת	טִמְאֵי	
A.	*angustus.* צָר	צָרָה	צָרִים	צָרוֹת
C.	צַר	צָרַת	צָרֵי	
A.	*bonus.* טוֹב	טוֹבָה	טוֹבִים	טוֹבוֹת
C.		טוֹבַת	טוֹבֵי	
A.	*inferior.* תַּחְתִּי	(תַּחְתִּיָּה / תַּחְתִּית)	(תַּחְתִּיִּים / תַּחְתִּים)	תַּחְתִּיּוֹת
C.		תַּחְתִּית	(תַּחְתִּיֵּי / תַּחְתֵּי)	

&c. &c. &c.

Sub-

Substantiva.

A.	דְּבָרִים	*verbum*	דָּבָר	
C.	דִּבְרֵי		דְּבַר	
A.	צְדָקוֹת	*iustitia*	צְדָקָה	
C.	צִדְקוֹת		צִדְקַת	

* * * * * *

		femin.		*fluvius.*
A.	נְהָרוֹת	נְהָרָה	נְהָרִים	נָהָר
C.	נַהֲרוֹת	נַהֲרַת	נַהֲרֵי	נְהַר
absolut.	שְׁנוֹת	*somnus*	שְׁנָה	
construct.	שְׁנוֹת		שְׁנַת	
absolut.	תֵּבוֹת	*arca*	תֵּבָה	
construct.	תֵּבוֹת		תֵּבַת	
absolut.	עֲלֵים	*frons, tis*	עָלָה	
construct.	עֲלֵי		עֲלֵה	
	&c.		&c.	

Segolata.

		regina.		*rex.*
A.	מְלָכוֹת	מַלְכָּה	מְלָכִים	
C.	מַלְכוֹת	מַלְכַּת / מַלְכָּת	מַלְכֵי	מֶלֶךְ
		femin.		
A.	סְפָרוֹת	סְפָרָה	סְפָרִים	*liber.*
C.	סִפְרוֹת	סִפְרַת	סִפְרֵי	סֵפֶר
absolut.	קְדֻשִׁים	*sanctitas*	קֹדֶשׁ	
construct.	קִדְשֵׁי			

absolut.

absolut.	שְׁעָרִים	*porta*	שַׁעַר	
construct.	שַׁעֲרֵי			
absolut.	רְמָחִים	*lancea*	רֹמַח	
construct.	רָמְחֵי			
A.	עַוָּלָה עַוָּלוֹת / עַוְלָה עַוְלוֹת	*iniustitia*	masc. עָוֶל	
C.	עַוֶּלֶת עַוְלוֹת / עַוְלַת עַוְלוֹת			
absolut.	חֲיָלִים	*robur*	חַיִל	
construct.	חֲיָלֵי		חֵיל	
absolut.	זֵיתִים	*olea*	זַיִת	
construct.	זֵיתֵי		זֵית	
	&c.		&c.	

Substantiva dualem habentia.

A.	יָדוֹת	יָדַיִם	*manus*	יָד
C.	יְדוֹת	יְדֵי		יַד
A.	שְׂפָתוֹת	שְׂפָתַיִם	*labium*	שָׂפָה
C.	שִׂפְתוֹת	שִׂפְתֵי		שֶׂפֶת
	* * *	* * *		
A.	עֵינוֹת	עֵינַיִם	*fons*	עַיִן
C.	עֵינוֹת	עֵינֵי	*oculus*	עַיִן
A.	נְחָלִים	נַחֲלַיִם	*torrens*	נַחַל
C.	נַחֲלֵי	נַחֲלֵי		
A.	דְּלָתוֹת	דְּלָתַיִם	*ianua*	דֶּלֶת
C.	דַּלְתוֹת	דַּלְתֵי		
	&c.	&c.		

Caput IX.

De nominibus numeralibus.

Nominum *numeralium* alia *cardinalia*, alia *ordinalia* vulgo appellantur.

Cardinalia ſunt

	conſtr.	fem.	*conſtr.*	maſc.
1.	———	אַחַת	אַחַד	אֶחָד
2.	שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם
3.	שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה
4.	———	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה
5.	חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה
6.	———	שֵׁשׁ	שִׁשֶּׁת	שִׁשָּׁה
7.	שִׁבַּע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה
8.	———	שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנַת	שְׁמֹנָה
9.	תִּשַּׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה
10.	———	עֶשֶׂר	עֶשְׂרַת	עֲשָׂרָה

עֶשְׂרִים	20.	תִּשְׁעִים	90.
שְׁלֹשִׁים	30.	מֵאָה	100.
אַרְבָּעִים	40.	מָאתַיִם	200.
חֲמִשִּׁים	50.	אֶלֶף	1000.
שִׁשִּׁים	60.	אַלְפַּיִם	2000.
שִׁבְעִים	70.	רְבָבָה / רְבוֹ	10000.
שְׁמֹנִים	80.		

Iſtorum prima duo legitime formant femininum, ſequentia octo pro maſculinis habentur ſub terminatione feminina, & viciſſim; reliqua ad centum uſque ſunt communia.

Cætera

Cætera ex iſtis componuntur, minori numero ſemper præmiſſo, idque ſine coniunctione copulativa usque ad viginti, hoc modo.

	fem.		*maſc.*	
11.	אַחַת		אַחַד	
12.	שְׁתֵּים		שְׁנַיִם	
13.	שְׁלֹשׁ		שְׁלֹשָׁה	
14.	אַרְבַּע		אַרְבָּעָה	
15.	חֲמֵשׁ	עֶשְׂרֵה	חֲמִשָּׁה	עֶשֶׂר
16.	שֵׁשׁ		שִׁשָּׁה	
17.	שְׁבַע		שִׁבְעָה	
18.	שְׁמֹנֶה		שְׁמֹנָה	
19.	תְּשַׁע		תִּשְׁעָה	

Dein accedit coniunctio absque ulla mutatione, ut

	fem.		*maſc.*	
21.	אַחַת	וְעֶשְׂרִים	אֶחָד	וְעֶשְׂרִים
22.	שְׁתַּיִם		שְׁנַיִם	
23.	שָׁלֹשׁ		שְׁלֹשָׁה	

& ſic de cæteris.

Ordinalia ſunt

רִאשׁוֹנָה	*primus*	רִאשׁוֹן
שֵׁנִית	*ſecundus*	שֵׁנִי
שְׁלִישִׁית	*tertius*	שְׁלִישִׁי
רְבִיעִית	*quartus*	רְבִיעִי
חֲמִישִׁית	*quintus*	חֲמִישִׁי
שִׁשִּׁית	*ſextus*	שִׁשִּׁי
שְׁבִיעִית	*ſeptimus*	שְׁבִיעִי
שְׁמִינִית	*octavus*	שְׁמִינִי
תְּשִׁיעִית	*nonus*	תְּשִׁיעִי
עֲשִׂירִית	*decimus*	עֲשִׂירִי

Reliqua *ordinalia* omnia voce non differunt a *cardinalibus.*

Annotata.

Maſculina quædam formæ femininæ, & contra feminina maſculinæ, hic æque ac apud Chaldæos, Syros, Samaritas & Arabes reperiri, non magnopere miraberis monitus, illa nomina non adiectiva, ſed *ſubſtantiva* eſſe, qualia Græcorum τριὰς, τετρὰς, πεντὰς &c. quare ſubſtantivorum more conſtrui, genitivisque præmitti ſolent, e. g. שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים proprie non *tres viros*, ſed τριάδα *virorum* dicit. Neque obſtat, *abſoluto* æque ac *conſtructo* ſtatu ante nomina poni, ea enim *appoſitio* eſt, quam grammatici vocitant. e. g. שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים τριάδα *viros*, ut שְׁלֹשָׁה יָמִים τριάδα *dies* ſignificat: hinc invertere ſtructuram dicereque licet יָמִים שְׁלֹשָׁה *dies* τριάδα, &c. &c. Igitur שְׁלֹשָׁה, אַרְבָּעָה &c. revera primum feminina, שָׁלֹשׁ autem, אַרְבַּע &c. maſculina fuerunt; tum maſculina femininis viciſſimque, variandæ forſan ob euphoniam terminationis cauſa, iungi coeperunt, ſenſimque uſus genera in his ſolemniter miſcuit.

Nec male ex dictis coniicias, cur numeralia ſupra decem ſingularem fere, quemadmodum infra pluralem aſſumant, quod hebrææ cum cognatis orientalibus linguis commune eſt. e. g. חֲמֵשֶׁת אַלְפִים אִישׁ *quinquies mille viri*, proprie eſt πεντὰς *millium*, *vir*; ubi אִישׁ pro אֲנָשִׁים plurali, qui numerus in hac ſtructura rariſſimus. מֵאָה שָׁנָה & מֵאַת שָׁנָה *centum anni*; quorum prius proprie dicit, *centuria*, *annus*; poſterius, *centuria anni* vel *annorum*. שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה *ſexcenti anni*, vel *ſexcentos annos*, propr. *ſenio centuriarum*, *annus*, &c. &c.

Præterea אַחַר *abſolute* etiam pro אָחֵר uſurpatur; quemadmodum fem. אַחַת quod contractum ex אַחֲרֶת,

in

in pauſa ſonat אֶחָת. Dageſch in שִׁתִּים abiectum נ radicale indicat. Neque forma שְׁבַע, תְּשַׁע, ex abſolutis שֶׁבַע aut תִּשַׁע orta, ſed priva ſpecies de genere ſegolatorum eſſe videtur. Dein pro אַחַד עָשָׂר & אַחַת עֶשְׂרֵה etiam עַשְׁתֵּי עָשָׂר & עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה legitur: ſicut pro שְׁנֵי עָשָׂר & שְׁנֵים עֶשְׂרֵה nonnunquam & שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה uſurpatur. Sed quantum ad formam שְׁנַיִם & שְׁתַּיִם, quam alii ex Syrorum lingua repetere mallent, utrumque ſtatum, conſtructum & abſolutum, caſu coaluiſſe arbitror. Porro עֶשְׂרִים וְאֶחָד, עֶשְׂרִים וּשְׁלֹשָׁה, וּשְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה וְעֶשְׂרִים, שְׁנַיִם וְעֶשְׂרִים, אֶחָד וְעֶשְׂרִים &c. Atque minores univerſe numeri apud Hebræos uti præponi, ita quoque poſtponi poſſunt. Poſtremo in *ordinalibus* liquida omnia, pro quibus tamen non raro etiam *cardinalia* nomina uſurpantur, e. g. בְּשָׁנַת שֶׁבַע *anno ſeptem*, pro *ſeptimo*. Hæc & alia ante allata ad ſyntaxin pertinent, ſed quod ad naturam numeralium declarandam faciant, hic potius exequenda duximus.

Quod ſupereſt, numeros *litterarum* quoque notis exprimi, ex iſtarum tabella in operis initio exhibita diſcitur, ubi ad 400. usque proceſſimus; qui ſequuntur ad 1000. modo finalibus quinque, modo aliter indicantur, hac ratione.

ך תק	ם תר	ן תש
500.	600.	700.
ף תת	ץ תתק	
800.	900.	

Cætera coniunctis numeris ſic deſignantur:

י	יא	יב	יג	יד	טו *	יו	יז	יח	יט	כ	כא
10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.

* טו *pro* יח *ad cavendam divini nominis* יְהֹוָה *profanationem.*

&c. נב נג כד כה כו כז כח כט ל לא לב
32. 31. 30. 29. 28. 27. 26. 25. 24. 23. 22.
&c. נטף &c. קא קלג
859. 133. 101.

Dein *millia* nonnunquam ſimplici numero aliis præmiſſo indicari ſolent, e. g. ארש ſignificat 1209. quot verſus in ſecundo Moſis libro extare Maſora annotat. &c. &c. Sed huiusce per litteras computandi rationis ſicuti antiquitas, ita auctoritas quoque incerta.

Caput X.

De pronomine.

Nominis vicem *Pronomen* ſupplet, quod duplex, *ſeparatum* & *affixum*.

Pronomen *ſeparatum* quadruplex, perſonale, demonſtrativum, relativum & interrogativum.

Perſonale variatur genere & numero hoc modo:

		3.	2.	1.	
		הוּא	אַתָּה		M.
Sing.	*ipſe, ille.*		*tu.*	אֲנִי v. אָנֹכִי	C.
		הִיא	אָתְּ	*ego.*	F.
			tu.		
		הֵם	אַתֶּם		M.
Plur.	*ipſi, illi.*		*vos.*	אֲנַחְנוּ v. נַחְנוּ	C.
		הֵן	אַתֶּן	*nos.*	F.
		ipſæ, illæ.	*vos.*		

Pro אַתָּה nonnunquam & אָתְּ, quemadmodum pro feminino אָתְּ etiam אָתִי occurrit; item pro הִיא ſervato ו maſculino הוּא *.

Demon-

* *Opinor primigeniam formam communisque generis fuiſſe* אָנְתְּ, *unde*

Demonſtrativa.

	M.	זֶה *hic, iſte, ille.*
Sing.	F.	זֹאת, זוֹ, זֶה *hæc, iſta, illa.*
	C.	זוּ *hic, hæc; iſte, iſta; ille, illa.*

Plur. C. אֵל cum ה emphatico אֵלֶּה *illi, illæ.*

Pro *neutro* genere femininum, rarius maſculinum uſurpant.

הַלָּזֶה cum duplici emphaſi ל & ה *illicce*, quod pro *ille hicce.* הַלָּזוּ generis communis, ut pateat promiſcue ex הַלָּזֶה & הַלָּזוֹ vel הַלָּזוּ fieri *.

unde mox אֹתָהּ, *quod genere maſculino legitur Deut. V. 24. &c. poſt maſc.* אֹתָהּ *per* ה *emphaticum invaluerit, feminum* אֹתִי *per* י, *quod forte ex* הִיא, *quaſi diceres* אֹתִ הִיא ipſa tu; *inde* אֹתִי & אֹתְ. הֵם *quoque vel* הֶמָּה *cum* ה *de feminis nonnunquam adhibetur, quum homo, non ſexus ſpectatur, Ruthæ I. 22. &c. niſi forte dicere malis, ex prisco more id ſervatum, ubi maſculina forma obtinuerit ſola, quare & in vetuſtioribus codicis libris* ו *in* הוּא *ex* הִוּא *remanſerit.*

* *Præterea vox* נֶפֶשׁ *cum affixo ſæpe loco pronominis, partim perſonalis, partim demonſtrativi, nonnunquam & reciproci eſt, ut* נַפְשִׁי ipſe egomet, ipſum me, נַפְשְׁךָ, tute ipſe, te ipſum, נַפְשׁוֹ ipſemet, ſemet. *&c. propr.* anima mea, *vel* animam meam, tua *vel* tuam, *&c. haud abſimilis uſus vocis* עֶצֶם *ut* בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה eo ipſo die, *propr.* in oſſe diei eius.

Relativum.

אֲשֶׁר omnis generis & numeri, *qui*, *quæ*, *quod*, *qui*, *quæ*.

זוּ idem; nec non, ſed rarius, זֶה maſc. & זֹאת fem.

Interrogativa.

מִי de perſona, *quis? quæ? quinam? quænam?* מָה & מֶה de re, *quid? quidnam?*

מָה plerumque, neque raro מֶה adhibetur, quum præſertim euphonia, ſive repetendæ vocalis fuga invitat, ut מָה עָשִׂיתָ *quid feci?* liberior tamen uſus. Sequente Dageſch, ſive explicito ſive implicito, מַה pronuntiatur, ut מַה־זֹּאת *quid hoc?* מַה חַטָּאתִי *quid* vel *quodnam peccatum meum*, Gen. XXXI. 36.

Caput XI.

De pronomine affixo.

Pronomina *affixa* ſunt particulæ, ab integris *perſonalibus* reſectæ, finique vocum ita additæ, ut cum voce affixum coaleſcat. e. g. דְּבָרִי *verbum meum*, ex דָּבָר *verbum*, & pronomine perſonali אֲנִי *ego*. Neque nomina admittunt ſola, ſed & verba, ut פְּקָדָם *viſitavit eos*, ex פָּקַד & הֵם: neque minus particulæ, ut עִמָּנוּ *nobiscum*, ex עִם *cum*, & אֲנַחְנוּ

Ita affixum nomini additum *genitivum* poſſeſſoris æquiparat, ut דְּבָרִי *verbum meum*, propr. *mei*; in verbis *accuſativum*, raro *dativum* ſignificat; denique in particulis

culis præter *dativum* & *accuſativum* etiam *ablativum* exprimit. De quibus deinceps.

Sed aliter nomini *ſingulari*, aliter *plurali dualive*, quæ eandem normam habent; aliter *verbis* pronomina iunguntur. Ut taceam *particulas*, quæ nominis legem plerumque, verbi raro ſequuntur. Res ex tabella patet tironibus haud inutili.

Nom.		Verb.
S.	ִי	ִי , ִי , ִי
P.	ִי	
S. P.	נוּ	נוּ , נוּ , נוּ
S.	* ךָ	ךָ
P.	ךָ	
S.	ךְ	ךְ , ךְ , ךְ
P.	ךְ	
S. P.	כֶם	כֶם
S. P.	כֶן	כֶן
S.	הוּ , ו , וֹ	הוּ , ו , וֹ
P.	ו	
S.	הִ	הָ , ה
P.	הָ	
S.	הֶם , ם	מוֹ , ם , ם , ם
P.	הֶם , מוֹ	
S.	הֶן , ן	ן , ן , ן , ן
P.	הֶן	

Nom.		
S.	אֲנִי	
P.	אֲנִי	
S. P.	אֲנַחְנוּ	
S.	אַתָּה	
P.	אַתְּ	
S. P.	אַתֶּם	
S. P.	אַתֶּן	
S.	הוּא	
P.	הִיא	
S.	הִיא	
P.	הֵן	

* *Cur pronomina ſecundæ perſonæ per* ך *ſuffigantur, incertum, niſi forte pro* אַנְתָּה *olim &* אַנְכָה *dictum eſt.*

Verum ut pronomina ſuffigendo, ita & voces ſuffixa recipiendo varie mutari ſolent, ad illas fere regulas, quas partim ultimo capite libri I. partim capite VII. quod de *regimine* nominum inſcribitur, dedimus. Nam nomina quidem maſculina cum iis pronominibus, quæ *gravia* appellantur, הֶם, הֶן, כֶם, כֶן, ſtatum *conſtructum* habent, feminina vero etiam cum reliquis, quæ *levia* dicunt, eundem ſtatum in plerisque imitantur. Sed exemplis res citius, quam regularum copia diſcitur.

Caput XII.

Exempla pronominum nomini ſuffixorum.

	3.	2.	1. Perſ.	
m.	דְּבָרוֹ	דְּבָרְךָ	דְּבָרִי	Maſc. S.
c.	דְּבָרָהּ	דְּבָרֵךְ		דָּבָר
f.	דְּבָרָם	דְּבַרְכֶם	דְּבָרֵנוּ	*verbum.*
m.	דְּבָרָן	דְּבַרְכֶן		
c.				
f.				
m.	דְּבָרָיו	דְּבָרֶיךָ	דְּבָרַי	Maſc. P.
c.	דְּבָרֶיהָ	דְּבָרַיִךְ		דְּבָרִים
f.	דְּבָרֵיהֶם	דְּבָרֵיכֶם	דְּבָרֵינוּ	
m.	דְּבָרֵיהֶן	דְּבָרֵיכֶן		
c.				
f.				
m.	צָרָתוֹ	צָרָתְךָ	צָרָתִי	Fem. S.
c.	צָרָתָהּ	צָרָתֵךְ		צָרָה
f.	צָרָתָם	צָרַתְכֶם	צָרָתֵנוּ	*angustia.*
m.	צָרָתָן	צָרַתְכֶן		
c.				
f.				
m.	צָרוֹתָיו	צָרוֹתֶיךָ	צָרוֹתַי	Fem. P.
c.	צָרוֹתֶיהָ	צָרוֹתַיִךְ		צָרוֹת
f.	צָרוֹתֵיהֶם	צָרוֹתֵיכֶם	צָרוֹתֵינוּ	
m.	צָרוֹתֵיהֶן	צָרוֹתֵיכֶן		
c.				
f.				

m. צָרָתוֹ

	3.	2.	1. Perſ.	
m.	צִדְקָתוֹ	צִדְקָתְךָ	צִדְקָתִי	Fem. S.
c.				צְדָקָה
f.	צִדְקָתָהּ	צִדְקָתֵךְ		*iuſtitia.*
m.	צִדְקָתָם	צִדְקַתְכֶם	צִדְקָתֵנוּ	
c.				
f.	צִדְקָתָן	צִדְקַתְכֶן		

m.	צִדְקֹתָיו	צִדְקֹתֶיךָ	צִדְקֹתַי	Fem. P.
c.				צְדָקוֹת
f.	צִדְקֹתֶיהָ	צִדְקֹתַיִךְ		
m.	צִדְקֹתֵיהֶם	צִדְקֹתֵיכֶם	צִדְקֹתֵינוּ	
c.				
f.	צִדְקֹתֵיהֶן	צִדְקֹתֵיכֶן		

Segolata.

m.	מַלְכּוֹ	מַלְכְּךָ	מַלְכִּי	M. S.
c.				מֶלֶךְ
f.	מַלְכָּהּ	מַלְכֵּךְ		*rex.*
m.	מַלְכָּם	מַלְכְּכֶם	מַלְכֵּנוּ	
c.				
f.	מַלְכָּן	מַלְכְּכֶן		

m.	מְלָכָיו	מַלְכֶיךָ	מְלָכַי	מְלָכִים
c.				
f.	מְלָכֶיהָ	מַלְכַיִךְ		
m.	מַלְכֵיהֶם	מַלְכֵיכֶם	מַלְכֵינוּ	
c.				
f.	מַלְכֵיהֶן	מַלְכֵיכֶן		

* * * * * *

מַלְכָּה	מַלְכָּתִי	מַלְכָּתְךָ, מַלְכָּתֵךְ	&c.
regina.			
מְלָכוֹת	מַלְכוּתִי	מַלְכוּתְךָ, מַלְכוּתֵךְ	&c.

סִפְרִי	סִפְרְךָ	סִפְרוֹ	
	סִפְרֵךְ	סִפְרָהּ	סֵפֶר
	סִפְרְכֶם	סִפְרָם	*liber.*
סִפְרֵנוּ	סִפְרְכֶן	סִפְרָן	

סִפְרֵי	סִפְרֶיךָ	סִפְרָיו	
	סִפְרַיִךְ	סִפְרֶיהָ	סִפְרִים
	סִפְרֵיכֶם	סִפְרֵיהֶם	
סִפְרֵינוּ	סִפְרֵיכֶן	סִפְרֵיהֶן	

רָמְחִי	רָמְחֲךָ	רָמְחוֹ	
	רָמְחֵךְ	רָמְחָהּ	רֹמַח
	רָמְחֲכֶם	רָמְחָם	*lancea.*
רָמְחֵנוּ	רָמְחְכֶן	רָמְחָן	

רָמְחֵי	רָמְחֶיךָ	רָמְחָיו	
	רָמְחַיִךְ	רָמְחֶיהָ	רָמְחִים
	רָמְחֵיכֶם	רָמְחֵיהֶם	
רָמְחֵינוּ	רָמְחֵיכֶן	רָמְחֵיהֶן	

עֵינִי	עֵינְךָ	עֵינוֹ	
	עֵינֵךְ	עֵינָהּ	עַיִן
	עֵינְכֶם	עֵינָם	*oculus.*
עֵינֵנוּ	עֵינְכֶן	עֵינָן	

עֵינֵי	עֵינֶיךָ	עֵינָיו	
	עֵינַיִךְ	עֵינֶיהָ	עֵינַיִם
	עֵינֵיכֶם	עֵינֵיהֶם	*duo oculi.*
עֵינֵינוּ	עֵינֵיכֶן	עֵינֵיהֶן	

Dualis.

Item

Item alia.

אָבִיו / אָבִיהוּ	אָבִיךָ		
אָבִיהָ	אָבִיךְ	אָבִי	
אֲבִיהֶם	אֲבִיכֶם		אָב
אֲבִיהֶן	אֲבִיכֶן	אָבִינוּ	*pater.*
אֲבוֹתָיו	אֲבוֹתֶיךָ		
&c.	אֲבוֹתַיִךְ	אֲבוֹתַי	אָבוֹת
			patres.

Eodem modo אָחִי fit ab אָח *frater*, חָמִי ab חָם *ſocer*; item פִּי *os meum*, a פֶּה. Vide ſupra capite VII. ſed אָח *frater* facit pluralem אַחִים, affixaque recipit hoc modo: אָחִי in pauſa אָחִי &c.

אָחִיו	אָחִיךָ		
אָחִיהָ	אָחִיךְ	אָחִי	
אֲחִיהֶם	אֲחִיכֶם		
אֲחִיהֶן	אֲחִיכֶן	אָחִינוּ	

Quæ exeunt in ה præcedente *Segol*, ita habent:

שָׂרֵהוּ	שָׂרְךָ,		
&c. שָׂרֶהָ / שָׂרָהּ	שָׂרֵךְ	שָׂרָי	שָׂרָה
			ager.

Præterea notandum, pro affixis יָ & יְ nonnunquam כִּי & יְכִי uſurpari, ut עֲוֹנְכִי *iniquitas tua*, חַיֶּיכִי *vita tua*; cuius rei exempla vide Pſ. CIII. & CXVI. atque, illud ex antiquo אֹתִי forte natum. Item pro הֶם ſtylo grandiori & poetico particulam מוֹ frequentari, e. g. פִּימוֹ *os eorum*, pro פִּיהֶם; שְׂפָתֵימוֹ *labia eorum*, pro

pro שִׁפְתֵיהֶם. Poſtremo pluralia feminina ſingularem nonnunquam numerum imitari, maxime in affixis ם & ן e. g. מַכּוֹתָם *plagæ eorum;* in aliis raro, ut מַכֹּתָךְ *plagas tuas* Deut. XXVIII. 59. Cætera uſus dabit.

Caput XIII.

De pronomine verbis affixo.

Verbis non uno modo pronomina iunguntur, nam alia lege ſyllaba *pura*, alia *mixta*, aliter *præteritum*, *futurum* aliter cum *imperativo*, item aliter *tertia ſing. fem.* præteritorum recipit: ut taceam *infinitivos* & *participia*, quæ nominum magis, quam verborum naturam ſequuntur.

1. Syllabæ *mixtæ* ſpecimen ſit tertia ſing. maſc. præteriti פָּקַד *viſitavit*, eademque futuri יִפְקֹד *viſitabit.*

	פָּקַדְתִּי	פָּקַדְנוּ
פָּקַדְנִי	פָּקַדְתָּ	פְּקַדְתֶּם
	פָּקַדְתְּ	פְּקַדְתֶּן
פָּקַדְנוּ	פָּקַד	פָּקְדוּ
	פָּקְדָה	פָּקְדוּ / יִפְקְדוּ
	יִפְקֹד	יִפְקְדוּ / תִּפְקֹדְנָה
יִפְקְדֵנִי	תִּפְקֹד	תִּפְקְדוּ / תִּפְקֹדְנָה
	תִּפְקְדִי	תִּפְקְדוּ / תִּפְקֹדְנָה
	אִפְקֹד	נִפְקֹד
יִפְקְדֵנוּ	יִפְקְדֶךָּ	יִפְקְדֶכֶם
	יִפְקְדֵךְ	יִפְקְדֶכֶן
	יִפְקְדֵהוּ	יִפְקְדֵם
	יִפְקְדֶנָּה	יִפְקְדֵן

2. Syllabæ

2. Syllabæ *puræ* exemplum fit tertia pluralis præteriti:

	פָּקְדוּךְ	פָּקְדוּהוּ
פָּקְדוּנִי	פָּקְדוּךְ	פָּקְדוּהָ
	פָּקְדוּכֶם	פָּקְדוּם
פָּקְדוּנוּ	פָּקְדוּכֶן	פָּקְדוּן

Neque aliter habent יִפְקְדוּ *visitabunt*, פָּקַדְנוּ *visitavimus*, &c. item פְּקַדְתֶּם m. & פְּקַדְתֶּן f. *visitavistis*; ut פָּקַדְתּוּנִי seu פָּקַדְתֻּנִי, פָּקַדְתּוּהוּ, פָּקַדְתְּנִי &c. quemadmodum nec תִּפְקֹדְנָה tertia & secunda plurales fem. a תִּפְקְדוּ si affixa adieceris, differunt, ut תִּפְקְדֻנִי *visitabunt* vel *visitabitis me* feminæ, תִּפְקְדֵךְ *visitabunt te*, &c. Ita syllabæ puræ legem sequitur פָּקַדְתִּי *visitavi*, ut פָּקַדְתִּיהָ, פָּקַדְתִּיהוּ, פָּקַדְתִּיו, פָּקַדְתִּיךְ, פָּקַדְתִּיכֶם &c. quocum exacte convenit secundæ singulari femininæ פָּקַדְתְּ *visitasti* fem. terminatione servata ex prisco אָתְּי, e. g. פָּקַדְתִּינִי *visitasti me* fem. פָּקַדְתִּיו, vel omisso י, פָּקַדְתֻּנִי, פָּקַדְתֻּהוּ &c. Denique a פָּקַדְתָּ *visitasti* vir, dicitur פָּקַדְתָּהּ, פָּקַדְתּוֹ, פָּקַדְתֹּנִי &c. ubi observandum, neque secundas, neque primas verbi personas pronomina eiusdem personæ admittere, ut non dicatur פָּקַדְתִּינִי *visitavi me*, תִּפְקְדֵךְ *visitabis te*, & quæ his similia *.

3. Tertia singularis præteritorum feminina ה in ת mutat,

	פָּקַדְתֵּךְ	פָּקַדְתָּהוּ / פָּקְדָתּוֹ
פָּקַדְתֻּנִי	פָּקַדְתֵּךְ	פָּקַדְתָּהּ / פָּקְדָתָהּ
	פָּקַדְתְּכֶם	פָּקַדְתָּם
פָּקַדְתְּנוּ	פָּקַדְתְּכֶן	פָּקַדְתָּן

4. Infi-

* Reciproca *quomodo fiant ex altera nota cap. X. discitur.*

4. Infinitivi & participia nominum, utpote eiusdem fere naturæ, plerumque morem ſervant * e. g. a פּוֹקֵד *viſitans*, fit

פּוֹקְדִי / פּוֹקְדֵנִי	פּוֹקְדְךָ, פּוֹקְדֵךְ, פּוֹקְדֵךְ	פּוֹקְדוֹ, פּוֹקְדֵהוּ, פּוֹקְדָהּ
	&c.	&c.

A פָּקוֹד *viſitare*, fit

פָּקְדִי / פָּקְדֵנִי	פָּקְדְךָ, פָּקְדֵךְ, פָּקְדֵךְ	&c. &c.

verum ab altera infinitivi forma פֶּקֶד dicitur פָּקְדִי &c. &c.

5. Imperativi ab initio quidem infinitivum, ſed a fine futurum imitantur, ut פָּקְדֵנִי, פָּקְדֵנוּ &c. conſimiliter ab altera forma פֶּקֶד fit פָּקְדֵנִי &c. quemadmodum & in futuro *patach* ultimum ante affixa in *kamets* abire ſolet, ut אֶלְבְּשֵׁנָה, יִשְׁמְעֵנִי &c.

Eadem ratio temporum omnium in omnibus verbi ſpeciebus; neque etiam imperfectis alia lex eſt, niſi quod verba, quorum ultima ה quieſcens, dum quieſcentem abiiciunt, peculiare quid patiuntur; ut

גָּלְנִי	גָּלְךָ, גָּלֵךְ	גָּלָהוּ, גָּלָהּ
יִגְלֵנִי	יִגְלְךָ, יִגְלֵךְ	יִגְלֵהוּ, יִגְלָהּ
		&c. &c.

Sed

* Participia *alibi quoque modo caſum verbi ſui, modo nominis regunt, ut a* רֹעֶה paſcens, *fit* רֹעֵה צֹאן paſcens oves, & רֹעֵה צֹאן paſtor ovium. *Idem de* infinitivo *tenendum*, nam *dicitur e. g.* שָׁתוֹ יַיִן bibere vinum, & שְׁתוֹת יַיִן bibere vini, &c.

Sed pro גָּלְךָ, etiam גָּלֶךָ legitur, ut עָנֶךָ respondit tibi, Jer. XXIII. 37. maxime in pausa, ut צִוְּךָ *præcepit tibi*, Deut. VI. 17. XXVIII. 45. &c. Sed idem & alibi ad pausam usu venit, ut הִשְׁמָדֶךָ *perdi te* vel *tui*, Deut. XXVIII. 24, 45, &c. pro הִשְׁמָדְךָ; חֹנֶךָ *obsidens tui*, Ps. LIII. 6. pro חֹנְךָ *: sicut alibi quoque affixum הוּ pro וֹ occurrit, ut שָׂמוֹ & שָׂמֵהוּ *posuit illum*, &c. Dein quemadmodum in nominibus, ita in verbis quoque pro ם & ם poeticum מוֹ usurpatur, ut כְּסָמוֹ *obtexit eos*, יְאכְלֵמוֹ *comedet eos*; יְכַסְּיֻמוּ *operuerunt eos*, Ex. XV. 5. per *schurek* legitur.

Præterea verbis affixa pronomina non modo quartum, sed & tertium, etsi rarius, casum exprimunt, e. g. עֲשִׂיתָנִי *feci mihi*, Ezech. XXIX. 3. גִּדְּלָנִי *adolevit mihi*, Jobi XXXI. 18. quo sensu idem affixum in verbo nonnunquam eleganter abundat, ut לְהוֹשִׁיבִי *ad sedere faciendum mihi*, מוֹשִׁיבִי *sedere faciens mihi*, Ps. CXIII. 8, 9. Sed & in nomine, ut עַל – דִּבְרָתִי מַלְכִּי – צֶדֶק *ad ordinem mihi Melchizedeki*, propr. *regis mihi vel mei iustitiæ*, Ps. CX. 4. denique in ipsis particulis, ut מִנִּי & זוּלָתִי ex מִן & זוּלַת &c.

Caput XIV.

De pronomine particulis affixo.

Particulis nondum explicitis ista præoccupare nolo, præterquam quod ad pronominum casus distinguendos sufficiat, quos in nomine quoque indicavimus supra, libri huius capite VI.

* *In* כִּרְאֵךְ *Es. LIV. 6.* פָּאֵרֵךְ *ibidem LX. 9. &c.* ך *femininum est.*

nom.	gen.	dat.	acc.	abl.
אֲנִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי
אֲנַחְנוּ	שֶׁלָּנוּ	לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
אַתָּה	שֶׁלְּךָ,	לְךָ,	אוֹתְךָ,	מִמְּךָ,
אַתְּ	שֶׁלָּךְ	לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ
אַתֶּם	שֶׁלָּכֶם	לָכֶם	אֶתְכֶם	מִכֶּם
אַתֶּן	שֶׁלָּכֶן	לָכֶן	אֶתְכֶן	מִכֶּן
הוּא	שֶׁלּוֹ	לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
הִיא	שֶׁלָּהּ	לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה
הֵם	שֶׁלָּהֶם	לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם
הֵן	שֶׁלָּהֶן	לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן

Sunt præterea aliæ formæ rariores, quas prætermittimus. Cæterum מִמֶּנִּי & מִמֶּנּוּ ex מִן & מֶן compoſita non male forſan dixeris, quæ eiusdem ſignificationis particulæ ſint: nam ſeparatim quoque מִנִּי & מֶנִּי legitur, eſtque radix מנן. Atque pro לְךָ, , אוֹתְךָ, &c. in pauſa effertur לָךְ, אוֹתָךְ &c. לָמוֹ pro לָהֶם ſtyli grandioris eſt.

Liber IV.

De particula.

Caput I.

De particulis coniunctis.

Particulæ aliæ *coniunctæ* ſunt, aliæ *ſeparatæ*. Coniunctæ vocibus adhærent, ſuntque מֹשֶׁה וְכָלֵב *Moſes & Caleb.*

מ Per *chirek* & *dageſch* præfigitur, ut מִמִּצְרַיִם *ex Ægypto*, loco ſeparatæ præpoſitionis מִן *a, ab, ex.*

Sequente non dageſſabili dageſch perit, defectusque ſarcitur vocali longa pro brevi cognata, ut מֵאֶרֶץ *ex terra.* Ex littera *ſchevata* dageſch iſtud non raro excidit absque compenſatione, ut מִלְּאֹם *præ natione*, Gen. XXV. 23. quæ ſchevata ſi ſit littera י, quieti ſe dat, ut מִיָּמִי *a diebus*, pro מִיְּמֵי *.

ש *Segol* habet ſequente *dageſch*, eſtque relativum ex integro אֲשֶׁר, ut שֶׁיָּרַד *qui deſcendit.*

Ante non dageſſabiles compenſatio implicita locum habet, ut שֶׁהָיָה *qui fuit.* Sed per *patach* quoque iungitur, ut עַד שֶׁקַּמְתִּי *usque dum ſurrexi*, Jud. V. 7. pro quo ante gutturales aliquando *kamets* eſt, ut שֶׁאַתָּה *quod tu*, Jud. VI. 17. immo nec *ſcheva* reſpuit, ut שֶׁהוּא *quod ipſe*, Eccl. II. 22.

ה Per *patach* & *dageſch* demonſtrativum ſive *articulus*, ſed per *chateph-patach* particula *interrogandi* eſt, ut הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεὺς, הַגָּדוֹל ὁ μέγας; הַמִן־הָעֵץ *an de arbore?* Gen. III. 11. Fitque ex pronomine הוּא *ille, ipſe.* A fine additum appellamus *emphaticum*, ut לַיְלָה a לַיִל *nox*; אָשְׁמָרָה ab אָשְׁמֹר *cuſtodiam.*

Demonſtrativum ח ante non dageſſabiles pro *patach* recipit *kamets*, ut הָעַלְמָה *virgo*; aut *ſegol*, maxime ante *kamets*, euphonia duce ſola, ut הֶעָרִים *urbes*; quare & הֶהָרָה *montem verſus*, ſimiliaque proba ſunt.

* *Schevatum* י *retinuit dageſch in* מִיְּשָׁנֵי *Dan. XII. 2. &c.*

Eſt quoque compenſatio implicita frequens, ut הַחַיָּה *animal.*

In multo & vario uſu ה demonſtrativum, eſt enim

1. Articulus, de quo ſupra. Quem reſpuere cenſentur nomina *propria*, item quæ *conſtructum* ſtatum habent, ſive genitivi, ſive affixi; neque ratio improbabilis datur, quæ natura vel conſtructione ſatis determinata ſint, per articulum reſtringi opus non habere. Attamen caſus incidunt, ubi his ipſis ה non ſine emphaſi peculiari additur, e. g. קִרְיַת הָאַרְבַּע *urbs* viri *illius*, cui nomen *Arbaa*, Gen. XXXV. 27. הַתּוֹעֲבַת הַגּוֹיִם *abominanda illa gentium*, 1. Reg. XIV. 24 וְהַחֲצִיוֹ *atque dimidium eius*, ſc. alterum *illud*, Joſ. VIII. 33. Maxime quum ה ex appellativo *proprium* facit, ut ex גִּבְעָה *collis*, fit הַגִּבְעָה urbs *Gibea*, in *colle* ſita, Jud. XIX. 14. &c.

2.) Relativum, ut הַהָלְכוּא *qui iverunt*, Joſ. X. 24. הַנִּמְצְאוּ *qui inventi ſunt*, 1. Chron. XXIX. 17. וְהָעֲלֵיהָ & *quod ſuper eo*, 1. Sam. IX. 24. pro וַאֲשֶׁר עָלֶיהָ; qui uſus in particulis, etſi elegans, tamen inſolens, item rarus in verbis, ſed frequens in participiis nominibusque adiectivis.

3. Vocativum, ut הַמֶּלֶךְ *o rex!* הַיַּרְדֵּן *o Jordanes!* Pſ. CXIV. 5.

4. Locale, ut הַפְּלִשְׁתִּים *verſus Philiſtæos*, 1. Sam. XIII. 20.

5. Interrogativum, quod iisdem ſæpe modis, vulgo tamen per *chateph-patach* præfigitur, ut הֲלֹא *annon?* הֲתֹדֵעַ *noſtine?* unde alio ſchevate ſequente neceſſaria lege ſuccedit *patach*, ut הֲכִזּוֹנָה *num ſcorti inſtar?* Gen. XXXIV. 31. Nimirum ut citatior pronuntiatio *chateph-patach*, ita gravior vocalem amat, ut הָאֱמֶת

an

an veritas? Gen. XLII. 16. הֲאֲנִי *an ego?* Num. XI. 12. הֲאָנֹכִי *an vos?* Jud. VI. 31. הֲיִיטַב *an bonum eſſet*, Lev. X. 19.

6. Aſſeverantis denique nonnullis in locis eſſe videtur, *ecce*, *ſane*; e. g. וַיְהִי הַנָּקֹל *& fuit ſane leviſſimum*, 1. Reg. XVI. 31. הָאֹרַח *ecce viam* ſeculi ſervas, Jobi XXII. 15. Huc referas, quum extruſo ה copulativum ו eius puncta uſurpat, unde *emphaticum* fit, *converſivum*que futuri dicitur, nam v. g. וַיֹּאמֶר *& dixit*, eſt quaſi וְהִיֹּאמֶר *& ecce dicere coepit*; ſed de hoc redi ad caput XX. libri II. num. III.

Hactenus de ה demonſtrativo, ſequitur *emphaticum* fini vocum per *kamets* addi ſolitum, raro per *ſegol* aut *tſere*. Primi generis exempla ſupra dedimus, dabimusque deinceps, ſecundi eſt יִרְשָׁנֶּה *in cinerem redigat probe*, Pſ. XX. 4. &c. * tertii הִנֵּה *ecce*, ex אַיֵּה, הֵן *ubi?* ab אַי unde אָי &c. Neque temere ad ſe rapit accentum, niſi aut forma aut affectus iuſſerit, præſertim in nominibus, ubi hac nota ab ה feminino diſtinguitur; itaque בְּעֵרָה *ardens* Hoſ. VII. 4. maſculinum, בְּעֵרָה Eſ. XXXIV. 9. femininum eſt. Item formæ פָּקְדָה, פְּקֹדָה infinitivi ſunt maſculini cum ה *emphatico*, quemadmodum viciſſim פָּקְדָה, פְּקֹדָה &c. in femineis infinitivorum formis ponenda ſunt. At alia lege imperativis noſtrum ה iungitur, ut שָׁמְרָה *cuſtodi*, לְכָה & לֵךְ. oniiſſa littera, ſed manente vocali, *ito*, pro לֵךְ; דְּעֵה *probe ſcito*, Prov. XXIV. 14. pro דַּע ab יָדַע. Atque ה iſtud aut

* *De* לֵנָה *Zach. V. 4. dubitant, utrum* ה *femininum pro* לָנָה *an paragogicum ſit per ſegol.*

1. Emphaſin minorem adfert, ut לַיְלָה *nox* ex לַיִל; אֶעְבְּרָה & in pauſa אֶעְבְּרָה *tranſibo*, *tranſeam*, ab אֶעְבֹּר; הֵמָּה pro הֵם *ipſi*, *illi*, אֵלָּה pro אֵל *illi*, *illæ*, &c.

2. Emphaſin maiorem ſive quandam ſuperlationem infert, e. g. נַחֲלָה *torrens validus*, Pſ. CXXIV. 4. עַוְלָתָה *iniquitas ſumma*, vel *ulla*, יְשׁוּעָתָה *ſalus ſumma* vel *omnis*, Jonæ II. 10. *ſalus ulla*, Pſ. III. 3. עֲפָתָה *vertigo caliginoſa*, *graviſſima*, Jobi X. 22. ex עֵיפָה, יְשׁוּעָה, עַוְלָה, נַחַל. Neque verba hanc vim reſpuunt, ut נִפְלְאָתָה *admodum mira fuit*, 2. Sam. I. 26. הָחְבִּאָתָה *ſollicite abſcondit*, Joſ. VI. 17.

3. Locale eſt, *motum* ad locum aut *quietem* in eo ſignificans, ut בַּיְתָה *domum*, *domi*; פְּנִימָה *intro* & *intus*, a פָּנִים *facies*; לַיְלָה *noctu*. Eodem referas particulas נֶגְדָּה *coram*, שָׁמָּה *illuc*, *ibi*, עַתָּה *nunc*, *hoc tempore*, a עֵת vel עֶת contr. ex עִתָּת &c.

4. Ornamentum ſcripturæ merum poſt *kamets* eſt, ut יְדֵכָה *manus tua*, נָתַתָּה *dediſti*; aut eiusdem loco א, ut הָלְכוּא *iverunt*, אָבוּא *voluerunt*; pro יְךָ, נָתַתָּ, הָלְכוּ, אָבוּ: niſi forte א antiquitus productiorem ſyllabam fecit.

Ex dictis, puto, ſatis apparebit, utrumque ה, *demonſtrativum* & *emphaticum* paragogicumve, ſicuti per diverſas orationis partes multiplici ſe uſu diffundere, ita naturæ conſimilis, atque eiusdem utrumque ex pronomine הוּא originis eſſe. Immo eſt ubi utrinque, ab initio fineque vocum additur, e. g. הַבַּיְתָה in *domum*; הַהֵמָּה *illi ipſi*, הָאֵלֶּה *illice*, *illæce*, ex הֵם & אֵל

Reliquæ

Reliquæ וכלב per *ſcheva*, neque raro per *kamets* præfiguntur, ut

וְדֶרֶךְ & *via*,	כְּדֶרֶךְ *ſicut via.*
לְדֶרֶךְ *ad viam, viæ*,	בְּדֶרֶךְ *in via.*
וְרֶכֶב וָסוּס & *currus & equus*,	כָּזֹאת *ſicut hoc.*
לָשֶׁבֶת *ad ſedendum*,	לָנֶצַח *in perpetuum.*
בָּכֶם *in vobis* *.	

Sed in וַאֲנִי & *ego*, כַּאֲשֶׁר *ſicut qui, quæ, quod*, *quemadmodum*, לֶאֱכֹל *ad comedendum*, בְּחֳרִי־אָף *in æſtu naſi*, &c. alia punctorum eſt ratio, quam alibi explicuimus **. Cui rei affine eſt, pro לַאדֹנִי dici לַאֲדֹנִי *domino meo*, ex לֵאמֹר fieri לֶאֱמֹר *dicendo*, ex בֵּאלֹהִים בֶּאֱלֹהִים *in Deo*, & quæ horum ſimilia †.

Atque litteræ כלב demonſtrativum ה, manente tamen vocali, extrudere ſolent, ut בַּשָּׁמַיִם *in cœlis*, לֶעָפָר *in pulverem*, כָּעָם כְּכֹהֵן *ſicut populus, ita ſacerdos*; pro בְּהַשָּׁמַיִם, לְהָעָפָר, כְּהָעָם כְּהַכֹּהֵן ††

Nonnunquam tamen ה illud manet, diciturque בְּהַשָּׁמַיִם *in cœlis*, לְהָעָם *populo*, כְּהַחָכָם *ſicut ſapiens.*

Eædem litteræ etſi rarius, characteriſticum tamen ה in verbis conſimiliter expuliſſe reperiuntur, e. g. לַנֶּפֶל

* *Vide l. I. c. ult. p. 25. in annot.*
** *ibidem p. 23.*
† *ibidem p. 32.*
†† *Haud abſimile quid in ו converſivo futuri obſervavimus hoc ipſo cap. p. 149. num. 6.*

ad deiiciendum, Num. V. 22. לַעֲנֹת *ſummitti*, Ex. X. 3. בְּהַרְגָ *in interſici*, בִּכָּשֵׁל *in impingi*; pro לְהַנְפִּיל, לְהַעֲנוֹת, בְּהַהֲרְגָ, בְּהִכָּשֵׁל &c.

Sed de omnibus ſigillatim.

ו *copulativum* coniunctio eſt & , *ac*, *atque*; item aliarum coniunctionum vicem præſtat, *ſed*, *autem*, *attamen*; *aut*; *immo*, *ſane*; *nam*, *quia*, *quum*; *ut*; *igitur*; *deinceps*, &c. hinc & in exordiis librorum obtinet. De ו *converſivo*, ſive futuri ſive præteriti, ſatis alibi dictum.

כ Nota *ſimilitudinis* æquiparat Latinorum

1. *ſicut*, ut כְּעֵץ *ſicut arbor*.

2. *ſecundum*, כְּחַסְדֶּךָ *ſecundum gratiam tuam*.

3. *quum*, *dum*, *poſtquam*, כְּבֹאִי *quum venero*, &c.

4. *circiter*, כְּאַרְבָּעִים אֶלֶף *circiter quadragintæ millia*: כְּעֵת מוֹתָהּ *circiter tempus mortis eius*.

ל ex אֶל ſignificat

1. *ad*, לִשְׁאוֹל *ad inferos*, *locumve mortuorum*.

2. *dativum*, לוֹ *ei*.

3. *in*, לְנֶפֶשׁ *in animam*, Gen. II. 7.

4. *propter*; *de*; *ſecundum*.

5. *tempus*, ut לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה *ad dies adhuc ſeptem*, poſt ſeptem dies, Gen. VII. 4. לָאוֹר *ſub lucem*, לִמִּן־הַיּוֹם עֵר *inde ab hoc die usque* &c.

6. *emphaticum* eſt, e. g. כִּי לְכֶלֶב חַי *nam ſane canis vivus*, Eccl. IX. 4. הַשְּׁלִשִׁי לְאַבְשָׁלוֹם *tertius Abſalom*, 1. Chron. III. 2. כִּי לְאוִיל יְהֹרָג־כָּעַשׂ *enim-*

enimvero ſtultum enecat indignatio, Jobi V. 2. proprie *quantum ad* &c.

בְּ ſignificat

1. *in*, בְּבַיִת *in domo & domum.*

2. *inſtrumentum*, בְּחֶרֶב *gladio.*

3. *cum.* בִּשְׁמֹנָה אֲנָשִׁים *cum octo viris.*

4. *per; propter; pro; contra.*

5. *apud*, *ad*, בְּנַחַל כְּרִית 1. Reg. XVII. 3. 5.

6. *partem*, *de*, *inter*, אָכַל בַּטּוֹבָה *comedit de bono*, Jobi XXI. 25. אֶחָד בָּהֶם *unus inter illos*, *de illis.*

7. *materiam*, בְּכֶסֶף *ex argento*; אֲדַבֶּר בְּךָ *de te loquar.*

8. *iusiurandum*, בַּיהוָה *per Dominum.*

9. *intimam* rei perſonæve *qualitatem*, e. g. גִּבּוֹר חַיִל חָכָם בַּעוֹז *vir ſapiens in robore*, eſt robuſtiſſimus, Prov. XXIV. 5. יְהוָה יִהְיֶה בְּכִסְלֶךָ *Dominus erit fiducia tua*, Prov. III. 26. בְּצֵל הַחָכְמָה *ſane umbra eſt ſapientia*, Eccl. VII. 12.

Caput II.

De particulis ſeparatis generatim, adverbiis ſpeciatim.

Particulæ *ſeparatæ* ex nominibus pleræque, iisque ſubſtantivis fere, ſed & adjectivis fiunt, ſuntque *ſimplices* vel *compoſitæ.* Exempla ſimplicium: מְאֹד *valde*, עוֹד *iterum*, *porro*, *adhuc*, טוֹב *bene*; אֵצֶל *apud*, נֶגֶד *coram*; יַעַן *propterea quod*,

quod, &c. compoſitarum: בֶּאֱמֶת *vere*, הֵנָּם *gratis*; לְמַעַן *propter*; לָכֵן *igitur*, לוּלֵא *niſi*, &c.

Quarum particularum magna pars *adverbia* ſunt, eaque vel

א Loci, ut אֵי & אַיֵּה *ubi?* אָן, אָנָה *quo?* מֵאַיִן *unde?* פֹּה *hic, huc*, מִפֹּה *hinc*; שָׁם *ibi, illic, illuc*, שָׁמָּה *illuc*, מִשָּׁם *inde*; מַעְלָה *ſurſum, ſupra*, מַטָּה *deorſum, infra*, אָחוֹר *retro*, &c.

ב Temporis, מָתַי *quando?* עַתָּה *nunc*, מָחָר *cras*, תְּמוֹל & אֶתְמוֹל *heri*, שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius*, ex שלש & יום; יוֹמָם *interdiu*, תָּמִיד *iugiter*, *ſemper*, &c.

ג Interrogandi, אִם *ſi, an?* הֲלֹא *annon?* אֵיכָה, אֵיךְ *quomodo?* מַדּוּעַ *quare?* לָמָּה *utquid, quamobrem?* &c.

ד Affirmandi, כֵּן *ſic, ita*; אָכֵן *certiſſime*, ſuperlativa forma pro אָכֵין a כין vel כון; אָמְנָם *vere, profecto*. &c.

ה Negandi, לֹא *non*; בַּל, בְּלִי, בִּלְתִּי *non, nequaquam*; אַל *ne*, prohibentis, dehortantis, precantis; פֶּן *ut ne; ne forte*; אֵין & אַיִן *nihil, minime*, propr. *inanitas, vacuitas*, eſtque prior forma *abſoluta*, poſterior conſtructa.

ו Qualitatis, רֵיקָם *inaniter*, חִנָּם *gratis*, שָׁוְא *fruſtra, temere*, propr. *vanitas*; יְהוּדִית *iudaice*. &c.

ז Congregandi, ſeparandi, excludendi, יַחַד & יַחְדָּו *una, ſimul*, לְבַד *ſeorſim, tantum*, &c.

ח In-

ח Intendendi, remittendi, diminuendi, מְאֹד *valde*, propr. *intentio*, *vis intenta*; יוֹתֵר *magis*, אַט *ſenſim*, *lente*, מְעַט *parum*. &c.

ט Similitudinis, כֵּן *ſic*, כְּמוֹ *ſicut*, &c.

י Numeri, אַחַת *ſemel*, שֵׁנִית *ſecundo*, שְׁלִישִׁית *tertio*, &c.

&c. &c.

Caput III.

De præpoſitionibus ſeparatis.

In particulis *præpoſitiones*, quæ nomini pronominive præmiſſæ partim *accuſativum*, partim *ablativum*, pars *utrumque* caſum regere putantur; uti

1. Accuſativum, אֶל, אֵלַי *ad*; אַחַר, אַחֲרֵי *poſt*; אֵצֶל *apud*; בֵּין *inter*; לְמַעַן, בַּעֲבוּר *propter*, &c.

2. Ablativum, מִן *a*, *ab*, *ex*, *de*, נֶגֶד *coram*, עִם *cum*, אֵת *cum*, ſed alibi *accuſativi* nota. &c.

3. Utrumque caſum, עַל, עֲלֵי *ſuper*, תַּחַת *ſub*, &c.

Atque affixa recipiunt aliæ ut דָּבְרִי, דְּבָרְךָ, &c. aliæ ut דִּבְרֵי, דִּבְרֵיךָ &c.

Equidem ita per caſus præpoſitiones dividi haud abſurdum, veruntamen quum in origine *nomina* fuerint, quod ante præcepimus, *genitivum* magis quam alios caſus admiſiſſe putandæ ſunt. e. g. לְמַעַן טוּבְךָ *propter bonita-*

bonitatem tuam, proprie ſignificat, *ad reſponſum bonitatis tuæ*, quod ei reſpondeat, conveniat; nam a עָנָה *reſpondit*, fit מַעֲנֶה, מַעַן *reſponſum*. בֵּינִי וּבֵינְךָ, *inter me & te*, propr. *intervallo mei tuique*, quod inter utrumque intercedit, a בַּיִן conſtr. בֵּין rad. בֵּין & בּוּן *diſtare*, &c. מִנֶּהוּ *ab eo*, propr. *præciſione eius*, ab obſoleto מנן *præcidit*, *præſecuit*. Atque ſic deinceps.

Itaque haud mirum, præpoſitiones more nominum ſuffixa recipere, has *ſingulariium*, illas *pluralium*, quasdam *utrorumque* ritu; imitanturque

1. Singularia, אֶצֶל *apud*, נֶגֶד *coram*, אֶפֶס, זוּלַת *præter*, בַּעֲבוּר *propter*, עִם *cum*, &c. hinc אֶצְלִי, אֶצְלְךָ, &c. נֶגְדִּי &c. אֶפְסִי *præter me*, propr. *exſpiratione mei*, &c. ſegolata iſta. עִמִּי *mecum*, *communione mei*, a עמם &c.

2. Pluralia, אֶל *ad*, אַחַר *poſt*, עַד *usque ad*, עַל *ſuper*, *ad*, *contra*, *propter*, &c. e. g.

	אֵלַיִךְ	אֵלָיו
	אֵלַיִךְ	אֵלֶיהָ
	אֲלֵיכֶם	אֲלֵיהֶם
אֵלֵינוּ	אֲלֵיכֶן	אֲלֵיהֶן
	עָלַיִךְ	עָלָיו
עָלַי	עָלַיִךְ	עָלֶיהָ
	עֲלֵיכֶם	עֲלֵיהֶם
עָלֵינוּ	עֲלֵיכֶן	עֲלֵיהֶן

Neque aliter עָדַי, אַחֲרַי &c. Nempe a pluralibus hæc fiunt, unde ſine affixis etiam, licet rarius, occurrunt עָלַי, עָדַי, אַחֲרַי, אֵלַי

3. Sin-

3. Singularia & pluralia promiſcue, תַּחַת *ſub*, *pro*, *vice*; בְּעַד *per*, *pro*, *propter*; ut תַּחְתִּי, תַּחְתֶּיךָ &c. item תַּחְתָּם &c.

4. Singularia, pluralia dualiaque, בֵּין *inter*; e. g. בֵּינוֹתֵינוּ בֵּינֵינוּ וּבֵינֶיךָ *inter nos*, *nos ambos inter & te*, Gen. XXVI. 28. ubi בֵּינַי uſus frequentiſſimi a *duali* בֵּינַיִם eſt.

Verum ex particulis non ſolæ præpoſitiones, ſed & adverbia quædam affixa admittunt, ut ab אַיֵּה *ubi*, fit אַיּוֹ *ubi ille?* אַיָּם *ubi illi*, &c. ab הִנֵּה vel הֵן *ecce*, הִנֵּנִי vel הִנְנִי, הִנְּךָ, הִנָּךְ, הִנּוֹ &c. ab עוֹד *adhuc*, עוֹדִי, עוֹדְךָ, &c.

Atque ab ordinaria ſuffigendi lege utraque, tam adverbia quam præpoſitiones, in multis recedunt. e. g. תַּחְתַּי, תַּחְתֶּנִּי, תַּחְתְּנִי, pro תַּחְתִּי; feminina ſunt לָךְ, אוֹתָךְ te, אִתָּךְ *tecum*, quorum prius ab אֵת accuſativi nota, poſterius ab אֵת *cum*; עִמָּךְ &c. non enim legitur, e. g. לָךְ, אוֹתָךְ. eadem in pauſa pro maſc. לָךְ, אוֹתָךְ &c. his adde לָנוּ, עִמָּנוּ, אִתָּנוּ, אוֹתָנוּ; לָכֶם, עִמָּכֶם &c. ſed עִמָּהֶם, אִתָּהֶם &c. rariora pro vulgatis עִמָּם, אוֹתָם &c. כָּמוֹנִי, כָּמוֹנוּ, כְּמוֹכֶם, כְּמוֹהֶם &c. ex כְּמוֹ *ſicut* *.

In אֵינֶנִּי *non ſum ego*; אֵינֶנּוּ, אֵינֶנָּה, pro אֵינֶנְהוּ, אֵינֶנְהָ; אַיֵּכָּה *ubi tu es?* Gen. III. 9. הִנָּךְ *ecce tu*, Pſ. CXXXIX. 8. הִנֵּנוּ *ecce nos*, מִמֶּךָּ *præ te*, 1. Sam. XV. 28. ſimilibusque *dageſch* affixi ex ן *emphatico* ortum, de quo lib. II. c. ult. III. ב

Cæterum

* *vide l. I. c. ult. pag. 25. in annot.*

Cæterum præpoſitiones nonnunquam adverbiis quoque iungi videas, ut אַחֲרֵי־כֵן *poſt ſic*, *poſtea*, מִן־אָז & מֵאָז *a tunc*, *ab eo tempore*, &c.

Caput IV.

De coniunctionibus ſeparatis.

Coniunctas ו & ש capite I. vidimus, ſequuntur *ſeparatæ*, quæ ſunt

α. Copulativæ, גַּם *etiam*, אַף *quoque.*

β. Disiunctivæ & adverſativæ, אוֹ *aut*, *vel*, *ſive*; אֲבָל *ſed*, כִּי אִם idem; אוּלָם, וְאוּלָם *veruntamen*, &c.

γ. Conditionales, אִם *ſi*, כִּי אִם *quod ſi*, לוּ *ſi*, אִם לֹא *ſi non*, לוּלֵא *niſi*, &c.

δ. Cauſales, כִּי *quia*, *nam*, *enim*, *quod*, &c. וַיַּעַן *quia*, *eo quod*, *quandoquidem*; יַעַן כִּי, יַעַן אֲשֶׁר idem. &c.

ε. Illativæ, עַל־כֵּן, לָכֵן *propterea*, *quapropter*, *igitur.*

Sed & coniunctiones ſuam ex origine ſignificationem habent, e. g. גַּם *collectionem* dicit, אַף *cumulate*, יַעַן *reſpondebit*, &c.

Caput V.

De interiectionibus.

Interiectiones animi motum affectumque ſignant, ſuntque *dolentis*, *lætantis*, *hortantis*, *optantis* &c. v. g. אוֹי, הוֹי, אֲבוֹי, אוֹיָה־לִי *heu*, *eheu*, οἴμοι, *hei mihi*,

bi,

hi, אָח *ab*; הָאָח *euge*, *io*; הָבָה *age*; לוּ, אַחֲלַי, אֲחַלַי *utinam*, *o ſi.* &c. &c. Cuius generis pleraque e re ſonove naturæ ficta, adeoque ὀνοματοποιημένα ſunt.

Liber V.

Syntaxeos ſelecta complexus.

Caput I.

De ſyntaxi verbi.

1. Verba alia *accuſativum* particula אֵת intercedente, aut *nudum* quoque regunt: alia intervenientibus variis particulis *varie*, prout & verbi & particulæ natura fert, conſtruuntur. e. g.

כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ *honora patrem tuum.*

בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם *creavit Deus hominem.*

הֵטִיב לוֹ & הֵיטִיב אֹתוֹ *uberavit eum, & benefecit ei.* Græci quoque εὖ ποιεῖν τινα.

קָרָא אוֹתוֹ *appellavit, clamavit, vocavit eum*; לוֹ & אֵלָיו *clamavit ei, & ad eum*; עָלָיו *inclamavit eum*, in bonum malumve; אַחֲרָיו *poſt eum*; בּוֹ *legit in eo*, vel *illud.*

שָׁמַע אֶת־קוֹל *audivit vocem*; שָׁמַע בְּקוֹל *attendit ad vocem*, contendit aures *ad* vel *in vocem*; *dicto audiens fuit*; אֵלָיו *attendit ad eum loquentem*; *ei auſcultavit*; שָׁמַע לוֹ *auſcultavit ei.*

2. Sunt

2. Sunt verba duos *accuſativos* admittentia, e. g. הַאְתִיוֹת שְׁאָלוּנִי *ventura interrogate me*, Eſ. XLV. 11. in *Hiphil* id frequens.

3. Verba etiam *intranſitiva* accuſativum ferunt, e. g. מָלְאָה הָאָרֶץ חָמָס *impleta* vel *plena eſt terra violentia*, Gen. VI. 13. atque ipſum verbum הָיָה, maxime quum *fieri* ſignificat, e. g. כָּל־עֲפַר הָאָרֶץ הָיָה כִנִּים *omnis pulvis terræ verſus eſt in pediculos*, propr. *factus eſt pediculos.*

4. Neque *paſſiva* adeo accuſativum reſpuunt, e. g. מַצּוֹת יֵאָכֵל *placentas non fermentatas comedendum*, Ex. XIII. 7.

וְהוּבָא אֶת־בַּדָּיו בַּטַּבָּעוֹת & *immittetur vectes eius in annulos*, Ex. XXVII. 7.

מֵי נִדָּה לֹא־זֹרַק עָלָיו *aquam* purgandæ *foeditati non ſparſum eſt ſuper eum*, Num. XIX. 13.

נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *res glorioſas dicitur de te*, Pſ. LXXXVII. 3.

לָבוּשׁ בְּגָדִים *indutus veſtes.* Atque ſic neque *generis*, neque *numeri enallage* opus eſt, omnisque anomalia perit.

5. Verba quælibet, ſed præſertim *intranſitiva*, eleganter *cognatum* accuſativum aſciſcunt, e. g. שָׁמַע שְׁמוּעָה *audivit auditionem.*

בָּכָה בְכִי *flevit fletum.*

יָרֵא יִרְאָה *timuit timorem.* Ita Græci Latinique, μαίνεσθαι μανίαν, μάχεσθαι μάχην, *furere furorem*, *pugnare pugnam* &c.

6. Sed maxime cognatus *infinitivus* ſi addatur, *aſſeverationem* habet, ut

אָכֹל תֹּאכֵל *comedendo comedes*, libere comedes, Gen. II. 16.

מוֹת תָּמוּת

מוֹת תָּמוּת *moriendo morieris*, omnino morieris, ib. 17.

טָרְפֹ֣ טֹרַ֔ף Gen. XXXVII. 33.

Quod ſi ſequatur infinitivus, *continuationem* affert, e. g. בְּכֹ֥ו בְכֽוּ *flete aſſidue*, Jer. XXII. 10.

7. Verbum a ſuo nomine numero ſæpe diſcrepat, ut וַיַּעֲל֥וּ כָל־הָעָ֖ם & *aſcenderunt omnis populus*; nempe עָם *collectivum* eſt. Contraria ratione dicitur,

וְתֹמְכֶ֖יהָ מְאֻשָּׁ֑ר & *retinentium eam* quisque *beatus eſt prædicandus*, Prov. III. 18. quæ huius ſunt generis, *diſtributive* accipiuntur.

8. Item cum nomine *collectivo* eleganter *ſingulare* verbum genere *feminino* iungi videtur, ut

וְחַטָּאת עַמְּךָ֙ & *peccavit populus tuus*, Ex. V. 16. pro חַטְאָה

וַתַּ֤עַל הַצְּפַרְדֵּ֙עַ֙ וַתְּכַסֶּ֔ינָה & *aſcenderunt ranæ, & obtexerunt*, Ex. VIII. 2.

וַתְּהִי֙ הַכִּנִּ֔ם & *fuerunt pediculi*, ib. 13.

9. Pro *neutro* genere ut in nominibus, ita in verbis modo femininum modo maſculinum Hebræi frequentant, e. g.

דָּבָ֥ר וְיֵעָשֶׂ֖ה לֹ֣א תִמָּשֵׁ֑ךְ עֽוֹד — *verbum, & fiet; neque protrahetur, differetur* (neutt.) *amplius*, Ezech. XII. 25.

כִּי־חָזַ֥ק מִמֶּ֖נּוּ הַמִּלְחָמָֽה *quod invaluiſſet* (neutr.) *præſe bellum*, 2. Reg. III. 26.

רַגְלֵיהֶ֥ם לָרָ֖ע יָרֽוּצוּ *pedes eorum ad malum currunt*; Prov. I. 16. יָרוּצוּ neutro genere explicandum, nam רֶגֶל alio quam feminino genere adhiberi vix crediderim; neque pauca eiusdem generis.

10. Nonnunquam pro feminino maſculinum uſurpant, quum non mulier ſed *homo*, non ſexus ſed *numerus* ſpectatur. e. g.
אֲשֶׁר - הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ, *quam attulit ancilla tua*, 1. Sam. XXV. 27.
עֲשִׂיתֶם *feciſtis*, Ruthæ I. 8. pro עֲשִׂיתֶן
כָּל - הַנָּשִׁים יִתְּנוּ *omnes mulieres dabunt*, Eſth. I. 20.

11. Infinitivum ſæpe pro tempore finito eleganter adhibent, e. g.
וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב & *animalia currere & redire*, i. e. ultro citroque currebant, Ezech. I. 14.
הַמַּיִם הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר *aquæ fuerunt eundo & deficiendo*, i. e. eundo usque deficiebant, magis magisque decreſcebant, Gen. VIII. 5. vis maior ineſt, quam in locutione הָלְכוּ וְחָסְרוּ

12. Verum pro *imperativo* elegantiſſime, ut
זָכוֹר אֶת - יוֹם הַשַּׁבָּת *meminiſſe diei ſeptimi*, pro memento, Ex. XX. 8.
הָלוֹךְ וְקָרָאתָ *eundum & clama*, Jer. II. 2.
הָלוֹךְ וְקָנִיתָ *eundum & compara*, Jer. XIX. 1.
Apud Heſiodum poetam id genus multa reperias.

13. Atque ipſe imperativus futuri locum non ſine emphaſi occupat, e. g.
שְׁמֹר מִצְוֹתַי וְחְיֵה *cuſtodi præcepta mea & vivito*, Prov. IV. 4. pro & *vives*, *promittentis* eſt cum imperio.

14. Contra finitum tempus pro infinitivo eſt, e. g.
אַל - תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *ne multiplicetis loquamini*, pro לְדַבֵּר *loqui*.

15. Participium cum verbo הָיָה actionem fere *continuatam* atque *conſuetudinem* indicat, ut הָיָה עוֹשֶׂה *fuit faciens*, faciebat, factitabat.

16. Pro

16. Pro verbo imperſonali, ubi Germani ſuum **man** adhibent, Hebræi nunc paſſivo verbo, nunc activo, neque uno modo utuntur, e. g. יֵאָמֵר *dicitur* & *dicetur*; אָמַר & אֳמָרוּ *dictum eſt*, & *dicitur*; יֹאמַר & יֹאמְרוּ *dicetur* & *dicitur*. Ubi in activo ſingulari ellipſin ſupplet *quiſpiam*, *quiſque*; ſicuti in eodem plurali, *homines*. Ita

יִקָּרֵא *vocabitur* & *vocatur*; קָרְאוּ & קָרָא &c.

יִנָּתֵן *dabitur*, *datur*; נָתְנוּ & נָתַן; יִתְּנוּ & יִתֵּן

Caput II.

De ſyntaxi nominis.

1. Adiectivum poſt ſuum ponitur ſubſtantivum, & æque ac iſtud ה demonſtrativum aut recipit, aut eodem caret. e. g.

מֶלֶךְ גָּדוֹל *rex magnus.*

הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל *rex ille magnus.*

Ergo in גָּדוֹל הַמֶּלֶךְ aut הַמֶּלֶךְ גָּדוֹל adiectivum pro prædicato habendum: *rex eſt magnus*, *magnus eſt rex ille.* Sed & alterum ה aliquando perit, quum ex appellativo fit quaſi proprium, ut שַׁעַר הַיְשָׁנָה *porta vetus.* &c. Item in *gentilibus* compoſitis ה poſt nomen conſtructum additur, ut בֵּית הַלַּחְמִי *Bethleemita*, בֶּן־הַיְמִינִי *Beniaminita.*

2. Nomen adiectivum a ſubſtantivo genere, aut numero quoque diſcrepans, ſæpe genere *neutro* rite explicabitur. e. g.

יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *rectum iudicia tua.*

שַׁרְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל *agri Hesbonis languidiſſimum*, Eſ. XVI. 8. tale Latinorum, *triſte lupus ſtabulis.*

Aliud eſt אֲדֹנִים קָשֶׁה *dominus durus*, ubi de uno eſt ſermo numero multitudinis; tale אֱלֹהִים צַדִּיק &c.

3. Nominibus per genitivum conſtructis ſi pronomen additur, id modo ad prius, modo ad poſterius pertinet. e. g. אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ *uxor iuventutis tua*, non tuæ, i. e. iuvenis uxor tua; יוֹם צֵיתֶךָ *dies exitus tui.*

4. Status conſtructus nomini particula intercedente non inſcite iungitur, e. g.

שִׂמְחַת בַּקָּצִיר *lætitia meſſis*, Eſ. IX. 2.

גִּילַת וְרִנָּן *exultatione*, & quidem *cantici*, apud eund. c. XXXV. 2.

Immo latius patet, ut שִׁכְרַת וְלֹא מַיִן *ebria*, & *non vino*, Eſ. LI. 21. i. e. multo magis inebriata, vi comparativa maiori.

קִרְיַת חָנָה דָוִד *urbs, in qua reſedit David*, Eſ. XXIX. 1.

אֶל־מָקוֹם זֶה יָסַדְתָּ לָהֶם *ad locum, quem fundaſti eis*, Pſ. CIV. 8.

5. Enallage non inelegans ſtatus conſtructi pro abſoluto in his ſimilibusque, מֵי הַמָּרִים pro הַמַּיִם הַמָּרִים *aquæ illæ amaræ*, Num. V. 18.

מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *plaga minime recedentis*, pro, *minime recedens*, Eſ. XIV. 6. non abſimile Latinorum, *urbs Buthroti*, *fons Timavi*. Contrarium

טוּרִים אֶבֶן *ordines lapides*, Ex. XXVIII. 17. pro, *ordines lapidum*, &c. Tale Latinorum, *terra Gallia*, *terra Italia*.

6. Nomen verbale nonnunquam verbi ſui caſum regit, e. g. כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם *ſecundum ſubverſionem Dei Sodomam*, Eſ. XIII. 19. Ita Latini, *quid tibi hanc curatio eſt rem*, &c. Atque ſolemne hoc, quum nomen verbale ipſe infinitivus eſt, e. g. בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *quod diligeret eam*, Gen. XXIX. 20. propr. *propter diligere eius eam.*

7. No-

7. Nominum *comparatio* & *ſuperlatio* non ex variata terminatione, ſicut apud Latinos Græcosque, ſed ex conſtructione ſola cognoſcitur. Nam *comparativus* fit addita præpoſitione מִן, ut

גָּדוֹל מִכֹּל־בְּנֵי־קֶדֶם *magnus præ omnibus filiis orientis*, omnibus orientalibus maior, Jobi I. 3. prop. *ex omnibus.*

קַלּוּ מִנְּמֵרִים *leves ſunt præ pardis*, magis quam pardi, leviores pardis.

Quod plenius efferre licet, יוֹתֵר מִן *excellens præ*, *excellenter præ*, *magis quam*, ut Eſth. VI. 6.

Superlativum vero facit, in *adiectivis* quidem,

א particula מְאֹד, ut טוֹב מְאֹד *bonus valde*, *optimus.*

ב geminatio, רַע רָע *malus malus*, *peſſimus.*

ג præpoſitio ב, ut קָטֹן בַּגּוֹיִם *parvus in gentibus*, i. e. gentium minimus; בָּזוּי בָּאָדָם *contemptus inter homines*, hominum contemptiſſimus.

ד articulus ה, e. g. הָעִיר הַגְּדוֹלָה *urbs illa magna* vel *maxima.*

ה negativum לֹא, ut לֹא־טוֹב *non bonus*, pro *peſſimus*, per figuram, quæ *litotes* dicitur.

In *ſubſtantivis* autem

א geminatio ſtatus *abſoluti*, צֶדֶק צֶדֶק *iuſtitia iuſtitia*, i. e. mera vel omnis iuſtitia, nil niſi iuſtitia; aut duorum quoque eiusdem radicis nominum, e. g. שׁוֹאָה וּמְשׁאָה *vaſtatio & vaſtitas*, pro vaſtatione vaſtiſſima.

ב geminatio per ſtatum *conſtructum*, ut

עֶבֶד עֲבָדִים *ſervus ſervorum*, pro viliſſimo.

שִׁיר הַשִּׁירִים *canticum canticorum*, præſtantiſſimum.

aut ſynonymorum etiam, e. g.

חֹשֶׁךְ אֲפֵלָה *tenebræ caliginis*, i. e. tenebroſiſſimæ.

ג ſæpe nomen ſubſtantivum pro adiectivo alteri ſubſtantivo additum, ut הַר־קָדְשִׁי *mons ſanctitatis meus*, i. e. ſanctiſſimus.

ד Dei nomen nomini additum, שַׁלְהֶבְתְיָהּ *flamma Dei*, pro acerrima,
אַרְזֵי־אֵל *cedri Dei*, pro, *altiſſimæ.*
עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *urbs magna Deo*, maxima.

ה emphaticum *He* fini nonnunquam non ſine vi ſingulari additum, e. g. עַוְלָתָה *iniquitas ſumma*, qua de re ſupra lib. IV. cap. I. *

ו nomen *abſtractum* pro concreto, ut
הְיֵה בְרָכָה *eſto benedictio*, Gen. XII. 2. i. e. mera benedictio, ſumme benedictus.

ז adiectiva priſcæ ætatis formæ אַפְקָד, de quibus cap. I. libri III. ** vidimus.

ח רֵאשִׁית, רֹאשׁ, & quæ ſimilia, eandem vim non raro afferunt.

In *particulis* denique ſuperlativa exiſtunt, e. g.
מְאֹד מְאֹד *valde valde*, validiſſime.
בִּמְאֹד מְאֹד idem.
מַעְלָה מַעְלָה *ſurſum ſurſum*, altiſſime. &c.

Caput III.

De ellipſi & pleonaſmo.

Ellipſis ubique, ſed in ſublimi oratione & figurata maxime frequens, cuius pauciſſima pro ſpecimine exempla ſufficiant.

חָגוֹר חֲדָשָׁה *cinctus novum*, ſc. חֶרֶב *gladium*, 2. Sam. XXI. 16.

וַיִּקָּבֵר בְּעָרֵי גִלְעָד *& ſepultus eſt in urbibus Gilaad*, i. e. in quadam urbium, Jud. XII. 7.

וְעַל־עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת *& ſuper pullo, nato aſinarum*, Zach. IX. 9. h. e. ex una aſinarum. Conſimilis loquutio Matth. XXVII. 44. coll. Luc. XXIII. 39. id metonymiam *generis* pro *individuo* rite dixeris.

אֵילִים

* p. 150. n. 2. ** p. 115.

אֵילִים צֶמֶר *arietes lanæ*, 2. Reg. III. 4. pro אֵילִים
אֵילֵי צָמֶר
לָגוּר בַּאֲשֶׁר יִמְצָא *ad peregrinandum, in quo invenerit*, Jud. XVII. 8. i. e. in loco, quem invenerit.
בַּהֵכִין לוֹ דָּוִיד *in quem paraverat ei David*, 2. Chron. I. 4. pro בְּהַהֵכִין, plenius, בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר הֵכִין

Pleonaſmi exempla non multa addimus.

חֲמֵשׁ שָׁנִים וְשִׁשִּׁים שָׁנָה *quinque annos & ſexaginta annos*, Gen. V. 15.
מְפַלְטִי – לִי *liberator meus mihi*, Pſ. CXLIV. 2.
אֵלֵךְ לִי *ibo mihi*, Cant. IV. 6.
בְּרַח – לְךָ *fuge tibi*, Num. XXIV. 11. &c.
זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהָיו *ea vis ipſius dei eius*, Hab. I. 11.
וַתִּרְאֵהוּ אֶת – הַיֶּלֶד & *vidit eum, puerulum*, Ex. II. 6.
אַחֲרִיתָהּ שִׂמְחָה *extremum ipſius lætitiæ*, Prov. XIV. 13.
אָבַד זִכְרָם הֻמָּה *periit memoria eorum ipſorum*, Pſ. IX. 7.

Plura congerere alienum inſtituto videtur, quæ ſiquis deſiderat, alios conſulat.

Appendix.

I. De vocum formis rarioribus ex Aramæa dialecto repeti ſolitis.

Quæ ab *Aramæis* tranſumpta vulgo autumant, ea hebrææ ditionis pleraque iurisque antiqui eſſe videntur: nam ſiqua forma apud Hebræos ſit rarior, quam Chaldæi Syrive frequentent, cur ab hisce illos potius accepiſſe, quam utrisque communem fuiſſe dixerim; maxime ſi in antiquioribus codicis hebræi libris extet? Quid enim mirum, eadem ſtirpe prognatis dialectis bene invicem convenire? Ita priſcis copiis aſſertis dives ex paupere lingua hebræa fiet. Neque tamen negaverim,

peregrina quædam, ab eo præſertim tempore, quo populus hoſtibus magis obnoxius eſſe coepit, in illorum linguam invaſiſſe; atque in eo genere ſequentia maxime numero.

Chaldæis pro affixo יו eſt והי, quale תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia eius*, Pſ. CXVI. 12. pro תַּגְמוּלָיו

Loco ה *ſpeciei Hiphil* & *Hithpahel* Chaldæi Syrique א adhibent, tale אַשְׁכִּים *mane ſurgere*, Jer. XXV. 3. pro הַשְׁכִּים; אִגְּאַלְתִּי *pollui*, Eſ. LXIII. 3. pro הִגְּאַלְתִּי; אִתְחַבַּר *ſe conſociavit*, 2. Chron. XX. 35. אִשְׁתּוֹלָלוּ *diripti ſunt*, vel *ſpoliandos ſe præbuerunt*, Pſ. LXXVI. 6. nam pro הת Chaldæi את, Syri ܐܬ uſurpant. Necdum tamen certum, id א apud Hebræos antiquitus in uſu non fuiſſe. Reliqua amputo, ſubtiliora fere, aut quæ ſuis locis, ut vere hebræa, annotata ſint.

II. De inveſtiganda radice.

In radice exquirenda regularum iſtarum meminiſſe proderit.

א Abiectis ſervilibus ſi *tres* litteræ remanent, ea radix eſt. e. g. תְּפַקְּדֶנָּה a פָּקַד

ב Sin *duæ*, aut נ ab *initio* deficit, rariusque י, e. g. נָגַשׁ & יִגַּשׁ a נָגַשׁ; שָׁב & הֵשִׁיב a יָשַׁב & יָצַב.

aut *media* quieſcens abeſt; priorve *geminatarum*, cuius indicio dageſch adeſſe ſolet. e. g. קָם & קָמְנוּ a קוּם; יָסַבּוּ a סבב

aut [*ultima* ה intercidit, ut גָּלוּ a גָּלָה

ג Sin *una* modo; adde נ ab initio, ה a fine, e. g. נָכֶה a נָכָה

DEO LAVS.

Index

Index capitum.

Liber I. de primis linguæ elementis.

Cap. I. de litteris. p. 1.

II. de vocalibus. p. 3. *ſchevatibus furtivoque patach. p.* 4.

III. de litterarum diviſionibus affectionibusque. *ubi de gutturalibus, labialibus &c. p.* 5. *de quieſcentibus, ibid. de diphthongo,* 6. *de mappik,* 7. *de litteris otiantibus, ibid. de dageſch leni,* 8. *forti,* 9. *radicalibus & ſervilibus,* 10.

Cap. IIII. de accentibus. *ubi de tonicis, p.* 11. *euphonico,* 12. *de tono vocum,* 13. *&c.*

Cap. V. de ſyllaba & voce. p. 16. *de ſchevate mobili & quieſcente,* 18. *&c.*

Cap. VI. de mutatione punctorum generali. p. 20. *de vocali mutabili,* 21. *mutando ſchevate,* 22. *mutatione ob gutturales,* 27. *ob quieſcentes,* 31. *ob emphaſin,* 34. *de vocali immutabili,* 36. Appendix de generali *ſegolatarum* vocum mutatione, p. 37.

Liber II. de verbo.

Cap. I. de verbo generatim. *ubi præſertim de coniugationum ſpecierumve characteribus, ſignificatione & numero, p.* 42.

Cap. II. de verbi perfecti ſpecie Kal. p. 49.
III. de Niphal p. 51. IV. Pihel p. 52.

V. Pyhal p. 53. VI. Hiphil p. 54. VII. Hophal p. 56. VIII. Hithpahel p. 57.

Cap. IX. de verbis quadrilitteris perfectis. p. 58.

Cap. X. de verbo imperfecto, primumque defectivo prima ו p. 59. XI. defectivo media radicali p. 64. XII. tertia radicali p. 71. XIII. de verbis quieſcentibus generatim, & quieſcente prima א ſpeciatim. ibid. XIV. prima ו & י p. 73. XV. media ו & י p. 78. XVI. ultima א p. 86. XVII. ultima ה pro ו & י p. 92. XVIII. de verbis dupliciter imperfectis p. 100. XIX. ſpecierum verbi undecim rariorum ſpecimina p. 103. *item aliarum præterea rariſſimarum p.* 104. XX. Reliqua de verbo. *quantum ad gutturales p.* 106. *ratione variæ compoſitionis p.* 107. *de figura, quam duplex* ו *converſivum verbo inducit p.* 108. *de apocope verborum p.* 109. *de* ה *emphatico iisdem addi ſolito &c. p.* 111.

Liber III. de nomine & pronomine.

Cap. I. de forma & derivatione nominum p. 112. II. de eorum qualitate p. 116. III. genere. ibid. IV. motione p. 118. V. numero p. 119. VI. caſu p. 123. VII regimine p. 124. VIII. exempla ad capita præcedentia p. 127.

Cap. IX. de nominibus numeralibus p. 130.

Cap. X. de pronomine p. 134. XI. pronomine affixo p. 136. XII. exempla prono-

pronominum nomini ſuffixorum p. 138.
XIII. eorundem verbis ſuffixorum p. 142.
XIV. particulis ſuffixorum p. 145.

Liber IV. de particula.

Cap. I. de particulis coniunctis p. 146. *de* מ 147. ש *ibid.* ה *demonſtrativo*, *interrogativo*, *emphatico*, *ibid.* de וכלב 151.

Cap. II. de particulis ſeparatis, ſpeciatim adverbiis p. 153. III. præpoſitionibus p. 155. IV. coniunctionibus p. 158. V. interiectionibus, ibid.

Liber V. ſyntaxeos ſelecta.

Cap. I. de ſyntaxi verbi p. 159. II. nominis p. 163. *ubi de comparatione & ſuperlatione p.* 165. III. de ellipſi & pleonaſmo p. 166.

Appendix gemina, quarum prior de formis vocum ex *Aramæa* dialecto repeti ſolitis p. 167. poſterior de inveſtiganda radice agit p. 168.

Menda.

p. 10. 5. lege מַה־טּוֹב

19. 7. הֲלַכְתֶּם

30. 14. נִיאֵן prius ſine dageſch

32. 11. וְאַעֲנֵה 12. pro וְאֶעֱנֶה 15. וְקָרֵאת

44. 15. הִטָּהֵר

45. 12. פִּקְרַקֵּר *ſollicite omnique &c.*

73. 23. ſervant; ſed in inf.

75. ult. Imper. הוּשַׁב

77. 2. וְזָר non וְצָר

102. 17. לִי

135. 4. a fine נַפְשָׁוֹ is ipſe, ſemet.

141. 9. אֲחֵי &c.

150. 20. יְרֵךְ non יֵרֵךְ

Bayerische Staatsbibliothek MUNCHEN

2t

a4

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Kocher, David

Rudimenta Grammaticae hebraeae

Turicum 1766
L.as. 211
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10572074-5
VD18 14488515-001